Notandum adhuc venit, quàm malè, imò peſſimè arguunt illi, qui ex hoc Doſithei peculiari facinore Samaritanum Textum corruptionis inſimulant abſolutè. Non ſic quippe loquitur Eulogius Alexandrinus, quem in Epiſtola ad Arnoldum Boot, ſeu veriùs boantem bouem, ſcribit Iacobus Vſſerius Armachanus, & ille in ſua inſeruit Epiſtola ad eundem, quam edidit contra Cappelli Criticam Sacram. Quis enim cordatus ſimili vtetur argumento ex regis Manaſſis facto, qui ex Textu Hebraico, quem penes ſe ex Legis præſcripto con-

ſeruare

ſeruare tenebatur, Dei nomina omnia deleuit & abraſit, ſubſtitutis idolorum nominibus, ac rectè inferet, Textum Hebraicum abſolutè fuiſſe deprauatum & corruptum?

De hac corruptione Textus Samaritani à Doſitheo, quem Arabes دوسيس *Duſis* vocãt, facta, ſic habet Chronici Samaritani Samaritanus Auctor, quod eſt celeberrimæ Bibliothecæ Em. Cardinalis Mazarini.

واخذوا كتب دوسيس ووجدوه قد
غير كثير من التوراة مثل عزرا
واكثر فحفظوا جميعهم ما كتبه وغيره

Ideſt: *Accipientes autem* (Diſcipuli Doſithei) *Scripturas Duſis comperunt, eum iam multa commutaſſe ex Lege, ſeu Pentateucho, vt Ezram* (Hũc Samaritani Textus Hebraici reum corruptionis agunt) *atque plus, ſer-*

uaruntque omnes quicquid scripserat ille & mutauerat.

Hæc summus Samaritarum resciens Pontifex misit Leui nepotem cum alijs decem, qui captum Dositheum vna cum adulterato Codice ad se adducerent. Qui vbi ad mulierem, apud quam in oppidulo quodam hospitabatur, peruenerunt, ac de eo sciscitati sunt, responsum illis est, eum non adesse, sed breui reuersurum. Illi autem, ne aliquam mulierculæ inijcerent suspicionem, se Dosithei amicos, & discipulos simulant, rogantq; enixè, vt Codicem Legis ab illo emendatum exhiberet delibandum. Libentissimè annuit muliercula; at, oportet, inquit, iuxta præscriptum ab eo mihi mandatum vos in hac piscina prius lauetis. Quod statim atq; præstiterunt, vi quadam im-

pulsi

pulſi in Doſithei abierunt ſententiam omnes, & hæreſim, ſummaq; religione eius venerantur Codicem. Quibus ad Pontificem delatis maxima exardet ira, & furore, ac alios ablegat, qui Leui cum ſocijs neci darent, & Codicem ad ſe afferrent igni conſumendum. At res minimè ex animi ſententia ſucceſſit. Nam omnes fuga elabuntur cum Codice, vno Leui excepto, qui pugnando occubuit. Huius autem recuperatum poſtea induſium, proprio fœdatum ſanguine ſuperſtitioſiſſimè in arca quadam cum Exemplare condiderunt ſocij, nec vlli conſpicienda hæc patiebantur, niſi exacto ſepteno dierum ieiunio. Metuentes autem Samaritanorum iram, creſcente numero, ſeſe ad oppidum quoddam non longe à Ieroſolymitana ſitum vrbe recepe-

runt, vt hiſce refert verbis mox citatus Samaritanus Chronologus.

وامنوا بدوسيس فلما كثروا مالوا الى
قريه جانب القدس خوفا من السامره

Ideſt: *Et crediderunt in Doſitheum; creſcentes verò numero ſeſe receperunt ad oppidum quoddam ad latus Ieruſalem ob metum Samaritanorum*. Doſitheus autem fugiens ſummi Sacerdotis iram in quendam ſe contulit montem, & in antro delitescēs ſiti & fame perijſſe fertur.

Pag. 43. *Conſcripſit Epiſtolam ad Papam Orientis*. De nomine Papæ, eiuſque origine fusè ſcripſimus in reſponſione ad Ioannem Seldenum de Originibus Eccleſiæ Alexandrinæ. Hic nomine, *Papæ Orientis*, intelligit Babylonis Catholicum, ſeu Patriarcham. Dignitatem autem illam collatam ipſi fuiſſe, legimus

Can.

Can. 38. Arabico Concilij Nicæni.

Pag. 45. *Officia defunctorum omnia*. Officia defunctorum constant Orationibus, Psalmis, Hymnis, Precibus, Procemijs, Lectionibus, Absolutionibus, & eiusmodi alijs. Varia sunt quoque hæc officia iuxta varios ordines, & gradus defunctorum. Alia enim sunt Episcoporum, alia Presbyterorum, alia Diaconorum, & inferiorum ordinum, alia Monachorum, alia Monialium, alia Virorum, alia Mulierum, alia Virginum. Ex quibus omnibus amplissima sese offert seges, & materia conuincendi peruicacitatis eos, qui Purgatorium inficiantur, ac tamquàm aliquid nuperrimè ab Romana Ecclesia excogitatum insectantur, & nauseant. Cùm tamen nihil hac de re ab Romana Ecclesia nunc asse-

ratur, quod in D. Ephrem hisce Officijs non occurrit, siue spectet id ad purgatorium ignem, siue ad remissionem delictorum post ipsam animæ hinc migrationem. Vtrumq; ex hoc vno hymno, (vt infinitos alios omittam) qui in omnibus defunctorum exequijs occini solet, planissimè constat.

ܪܘܚܐ ܕܪܚܡܐ ܕܐܬܐ ܡܢ ܐܒܐ
ܘܐܪܫܐ ܠܒܢܝܐ ܕܐܢܫܐ
ܕܒܬܪ ܐܠܗܐ ܕܚܛܝܢ ܠܗ ܠܐ
ܠܐ ܡܬܚܫܒ ܕܒܪ ܡܬܪ ܕܚܛܝܬܐ
ܕܒܗ ܠܐ ܡܬܚܫܒ ܕܡܪܬܐ
ܕܚܛܝܬܐ ܕܒܗ ܠܐ ܡܬܚܫܒ
ܡܢܘܢ ܐܢܫ ܕܢܚܝܐ ܡܬܩ
ܡܬܐ ܘܠܐ ܢܚܢ

Ros misericordiarum, qui à patre missus est, & aspersit pueros in forna-

ce Babyloniorum, ipsemet roret super defunctos in foueis tristibus inferni, & condonet delicta seruorum suorum, qui obdormierunt super spe illius, & heredes cõstituat eos vitæ nouæ, quæ nõ deficit. Idem habetur in Hymno, qui canitur in ipso Missæ Defunctorum exordio, qui est eiusmodi.

ܡܫܘܝܐ ܕܢܘܪܐ ܘܠܗܒܬܐ ܐܦܝܩ
ܡܢ ܥܡܗܘܢ ܕܐܡܝܢܝܢ ܒܟܝܢܘܬܟ ܘܒܫܒܝܩܘܬܟ
ܕܢܘܚܘ ܘܢܫܪܘ ܒܫܪܝܪܘܬܟ ܡܢ ܕܢܦܠܘ ܒܫܘܠܐ ܕܫܝܘܠ

Idest: *Impetum ignis, & flammæ dissipa Domine clementia tua à defunctis, qui in te crediderunt, & obdormierunt, & quieuerunt in spe tua.*

Isthæc autem omnia haud antiquiore carent auctoritate, traditione scilicet Apostolica, quæ tam in diuersarum Nationum Orientalium inserta legitur constitutioni-

bus, quàm in Conciliorum proœmialibus cum huiusmodi titulo.

من اجل الموتى وكيف يعمل لهم
ذكران وصية بولص الرسول ومن الناس
من قال انها وصية يعقوب

De Defunctis, & quomodo facienda pro illis commemoratio est, & est præceptum Pauli Apostoli; sunt tamen qui dicunt, esse præceptum Iacobi. Verba ipsa sunt apud Melchitas, & Maronitas c. 39. apud Cophtitas cap. 22. apud Iacobitas c. 5. sect. 1.

اعمل فى اليوم الثالث ذكران الذين
رقدوا بالمزامير والصلوة من اجل ان
المسيح مات وقام للثلاثة ايام ويصير
لهم ايضا تسعة ايام لتذكرة الاحيا
والاموات واعمل لهم الثلاثين مثل
السنة العتيقة لان بنوا اسرايل
حزنوا على موسى ثلاثين يوما ويعمل
لهم

لهم ايضا ذكران السنة بدلهم
ويعطوا من مالهم صدقة للمساكين
وانا نامن ان يفعل ذلك باهل
العفاف والايمان والصلاح فاما من
اجل اصحاب الكبار والكفار فانه
لو صدق عنهم بكلما فى الدنيا
من المال لم ينفعهم ذلك شى

Idest: *Facito tertia die commemorationem pro ijs, qui obdormierunt, in Psalmis, & Precibus, quia Christus mortuus est, & resurrexit tertia die. Fiat quoque* (Commemoratio) *pro illis nona die in memoriam viuorum, & defunctorum. Facito etiam pro eis trigesimum* (diem) *iuxta antiquæ Legis ritum, quoniam filij Israel uxerunt super Moyse triginta diebus. Item fiat pro illis anniuersarium, & erogetur de illorum bonis Eleemosyna pauperibus. Et sane credimus id*

fieri

fieri pro illis, qui sunt prædíti continentia, fide, & iustitia. Nam pro maiorum (criminum) *patratoribus, & infidelibus etsi in eleemosynam erogetur quicquid in hoc Mundo bonorum est, nihil illis proderit.*

Si verò curiosiùs de nomine quærat aliquis, sciat, nomen ܫܐܘܠܐ *sciul* apud Syros, & שאול *sceol* apud Hebræos, ac الهاويه *alhauijato* apud Arabes, commune esse tam loco damnatorum, quàm Purgatorio, quemadmodum *Carcer* dicitur de loco, in quo sunt inclusi, qui ad mortem destinantur, quàm de loco, in quo pro leuioribus alij ad tempus detinentur. Nihilominus tamen *purgandi*, & *purgationis* vocabulum in hac ipsa materia apud antiquissimos auctores vsitatum legimus

gimus. Ioannes Episcopus Darensis, de quo supra in secunda nota mentionem fecimus, lib. 4. De Resurrectione mortuorum cap. 24. loquens de animabus, quæ leuioribus delictis contaminatæ ex hoc Mundo discedunt, non alijs vtitur, vocabulis, quàm *purgandi* & *purgationis*. Hæc sunt ipsa verba, postquàm multis disseruit de Beatorum, & Damnatorum Animabus.

ܘܠܐ ܡܬܩܪܝܢ ܠܗܘܢ ܐܢܫܐ ܕܒܝܬ ܢܘܪܐ
ܕܡܬܩܪܝܢ ܠܗܘܢ ܐܢܫܐ ܕܒܝܬ ܢܘܪܐ
ܕܫܘܠܐ ܕܡܬܩܪܝܢ ܠܗܘܢ .
ܐܦܝܠܘ ܡܢ ܗܢܐ ܕܢܬܩܪܝܢ ܠܗܘܢ
ܐܢܫܐ ܕܫܘܠܐ . ܟܕ ܐܝܟ ܕܢܬܩܪܝܢ
ܐܢܫܐ ܕܢܘܪܐ . ܐܠܐ ܐܝܟ ܕܟܠܗ
ܢܘܡܐ ܕܒܝܬ ܐܢܫܐ ܕܫܘܠܐ
ܘܐܢܫܐ ܕܒܝܬ ܢܘܪܐ ܕܢܬܩܪܝܢ
ܡܢܗ

ܗܢܘܢ ܕܢܫܡܬܐ ܕܝܠܗ ܒܫܘܠܡܗ
ܕܢܦܩܬ ܠܘܬ ܡܢܕܝܢܐ ܕܢܦܩܬ ܠܗ
ܕܢܦܩܬ ܠܗ ܒܫܘܠܡܐ ܕܝܠܗ ܗܢܐ
ܕܢܦܩܬ ܠܗ ܒܫܘܠܡܐ ܕܝܠܗ ܗܢܐ
ܕܢܦܩܬ ܠܗ ܒܫܘܠܡܐ ܕܝܠܗ ܗܢܐ
ܕܢܦܩܬ ܠܗ ܒܫܘܠܡܐ ܕܝܠܗ ܗܢܐ
ܕܢܦܩܬ ܠܗ ܒܫܘܠܡܐ ܕܝܠܗ ܗܢܐ
ܕܢܦܩܬ ܠܗ ܒܫܘܠܡܐ ܕܝܠܗ ܗܢܐ
ܕܢܦܩܬ ܠܗ ܒܫܘܠܡܐ ܕܝܠܗ ܗܢܐ
ܕܢܦܩܬ ܠܗ ܒܫܘܠܡܐ ܕܝܠܗ ܗܢܐ
ܕܢܦܩܬ ܠܗ ܒܫܘܠܡܐ ܕܝܠܗ ܗܢܐ
ܕܢܦܩܬ ܠܗ ܒܫܘܠܡܐ ܕܝܠܗ ܗܢܐ

Si leuibus alis prædita est anima in suo discessu ad illum, qui eam attraxit, in lætitia perfecta erit; si verò onus passionum gestat, afflictionem patitur, non quòd odit, aut vlciscitur Creator, sed vt ad se attrahat purificatam, quemadmodum materiam, quæ commista est auro, in ignem immittunt, vt purificetur, quæ consumitur, & dissipatur, puritas verò

auri

auri remanet; ita quoq; malitia cùm igne purificante omnia absumitur, & dissipatur, necesse est etiam, vt anima, cui illa adhæsit, vnà in igne sit, donec sordes, & malitia prauorum operũ, quæ in ea congregata sunt, illo igne purificẽtur. Et postquam alia purgandi, & purificandi attulit exempla, subdit:

ܗܘܕܝܐ ܐܦ ܠܢܦܫܐ ܕܒܫܘܬܐ
ܕܚܘܛܝܐ ܡܬܚܠܦܝܢ ܠܗ ܚܘܛܝܗ:
ܘܗܢܘܢ ܡܚܝܠܘܬܐ ܠܝܬ ܠܗ ܡܛܪܬܐ.
ܐܠܐ ܕܢܬܢܩܐ ܠܗ ܠܝܬ ܐܝܟ ܕܠܐ
ܡܬܚܪܪ ܡܢܗ ܐܠܐ ܡܕܡܐ. ܠܐ

ܡܛܠ ܕܢܬ ܡܬܬܐ ܕܡܬܩܢܐ

Idest: *Ita etiam ab anima, quæ passionibus materialibus est inquinata, vi tormentorum isthæc abraduntur. Hæc autem afflictio non est ad damnationem, sed ad purgationem peccarum,*

torum, & macularum. Et paulo infra

ܕܢܗܘܐ ܒܪܚܡܐ ܕܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ .
ܕܒܗܘܢ ܕܟܠܗ ܕܚܝܐ ܕܢܗܘܐ
ܡܫܬܠܡܐ ܠܡܕܝܢܬܢ ܐܝܟ ܕܢܗܘܢ
ܡܕܝܢܐ ܕܢܗܘܢ ܡܫܬܠܡܐ
ܡܕܝܢܐ ܕܒܗܘ ܕܢܗܘ ܡܢ ܚܛܝܐ
ܡܬܕܟܝܢ . ܘܡܢܝܢܐ ܕܐܦ ܡܢ
ܗܕܐ ܥܠܡܐ ܒܢܘܪܐ ܡܬܕܟܝܢ
ܒܟܝܢܐ ܕܚܛܝܗܘܢ ܡܬܐܣܝܢ .

Scopus enim mentis diuinæ is est, vt omnis perfectio sit naturæ nostræ. Sunt quippe, qui statim in hoc mundo à malitia purgantur, & sunt etiam, qui post hanc vitam per ignem iuxta passiones suorum vulnerum curantur.

Certissimum id est, vt de ipsa re agamus de nomine nihil curantes, eò tendunt omnia Defunctorum Officia, eò Liturgiæ, eò Eleemosynæ, & suffregia non solum fidelium,

delium, ſed & infidelium ipſo naturæ inſtinctu impellente. Iudæis id teſtatiſſimum, & exploratiſſimũ eſt, ac omnibus notum, ideoque noſtra non indiget probatione. Ad ipſos Mahometanos quod attinet, non minus hoc perſuaſum habent, vti eorum oſtendunt preces pro defunctis. Ita enim in tractatu inſcripto كتاب الدقايق *Liber ſubtilitatum* pro illis deprecantur,

اللهم روّح ارواحهم ونوّر قبورهم
وغسلهم بالماء والثلج وبرّد حرارتهم
ونقهم من الخطايا كما نقيت
الثوب الابيض من الدنس

Ideſt: *Deus requieſcere fac animas eorum, & illumina ſepulchra eorum, & ablue eos aqua & niue, & refrigera calores eorum, & purga eos à peccatis, ſicuti purgatur alba veſtis*

à ſor-

à sordibus. Sed de his fusiùs in Epistola nostra ad clarissimum virum Bartholdum Nihusium.

Pag. 45. *Appositiones Alphabeti*. Appositiones Alphabeti sunt duo puncta, quæ modò supra, modò infra, modò hinc inde apposita literis, (vnde ܣܝܡܐ *siome* seu appositiones dicuntur) vocalium supplent vices. Quod quidem inuentum fuisse D. Ephrem, omnes cum nostro Authore fatentur Syri. Nam antea legebant vel diuinando, vel ex Maiorum traditione, vti scribit Elias Nisibensis Syrus celeberimus, atque satis antiquus scriptor initio suæ Grammaticæ hisce verbis:

ܐܝܟ ܕܠܐ ܗܘܘ ܡܫܬܡܫܝܢ
ܒܫܘܡܐ ܕܐܬܘܬܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܩܕܡܝܐ
ܠܐ ܡܫܬܡܫܝܢ ܒܫܘܡܐ ܕܐܬܘܬܐ ܐܝܟ
ܕܡܢ ܕܝܠܢ ܕܐܬܬܝܠܕ ܡܫܬܡܫܝܢ
ܒܫܘܡܐ ܕܐܬܘܬܐ

ܕܠܐ ܢܬܡ . ܘܐܡܪܘܢ ܠܗ ܒܗ ܡܢܬܐ
ܕܚܢܢܝܐ ܘܐܡܪ . ܠܡܢܐ ܕܢܩܘܡܘܢ
ܐܢܬ ܘܩܕܝܫܐ ܡܢ ܐܘܪܝܬܐ
ܕܥܡܕܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܒܡܕܝܢܬܐ .
ܕܚܢܢܝܐ ܐܡܪ . ܠܡܢܐ ܐܬܝܬܐ
ܐܢܬ . ܠܡܢ ܐܬܝܬܐ ܐܢܬ ܘܡܢ .
ܠܡܢ ܕܐܬܝܬ ܐܢܬ ܘܡܢ .
ܠܡܢ ܕܐܬܝܬ ܐܢܬ ܘܡܢ .
ܕܐܡܪ ܠܗ ܡܪܝ ܡܢ ܕܚܢܢܝܐ ܐܡܪ
ܐܢܬ ܕܐܬܝ ܐܢܬ ܘܡܢ ܕܐܬܝ

ܘܠܡܬܠܐ ܕܢܢ ܐܝܟܢܐ ܕܟܬܒܐ
ܕܠܝܬܗܘܢ ܠܡܠܦܢܐ ܐܬܝܢ
ܐܦܪܝܩܝܐ ܐܝܟ ܕܐܝܟܢܐ ܠܐ
ܢܗܘܐ ܐܠܦܒܝܬܐ ܕܒܗܒܠܢ ܠܡܩܪܐ
ܠܠܫܢܐ ܕܒܝܢܗܘܢ ܕܢܢ
ܠܡܐܡܪܐ ܠܐܡܬܝܢ ܠܐ ܡܬܝܢ
ܡܢ ܫܬܝܢ ܠܐ ܢܗܘܢ ܠܗ ܡܢ
ܠܒܐ ܐܦܪܝܩܝܐ ܠܐ ܐܝܟ ܕܟܬܒܐ
ܐܝ ܡܢ ܡܠܠܝܢ.

Ideſt: *Oportet, autem ſcire, quòd principium & fundamentũ Grammaticæ, & ſcripturæ ſunt characteres ſcriptibiles, qui & ſcriptiones dicuntur. Sũt autẽ apud Græcos 24. apud Romanos verò, vt perhibet Iacobus Edeſſenus in libro ſuę Grammaticæ, 23. apud Ægyptios 30. apud Armenos 36. apud Indos 53. ſinguli autem iſtorum populorum rectè ſcribunt, & legunt dictio-*

nes quascunq; suis scriptas characteribus sine punctis separatis. At Hebręi, Syri, Persę, Cusitę, Elamitę, Madianitę, Phœnices, Elanitę, Arabes, alijq. nobis ignoti, non habent literas, quę sufficiunt ad expressionē dictionū, quę ab ipsis scribuntur, nēpè quas suis scribūt linguis, & ad rectè eas legendas vti sunt. Quapropter opus ipsis fuit, puncta apponere literis, vt istis distinguerent motiones, & dictiones ab inuicem. Hinc non possunt rectè legere, nisi tamquam diuinantes, aut ex traditione. Eadem tradit post Eliam doctissimus Isaac Sciadrensis Archiepiscopus Tripolis Syriæ par. 1, cap. 10. suæ Grammaticæ, & alij non pauci. Quoniam verò plura alia sunt apud Syros puncta varijs defūgentia muneribus, non parua quandoque oriebatur confusio ex horum cōcursu, hinc Theophilus Edessenus

Maronita princeps Astrologorum Almohdi Babylonis Chaliphae, vir Syriacæ, Arabicæ, & Græcæ linguæ peritissimus, alias excogitauit vocalium figuras ad similitudinem Græcarum effictas, vt huic occurreret difficultati. Is ex viuis decessit Hęg. an. 169. teste Gregorio Barhebræo lib. 9. Chronicorum.

Tamen ante annos ferè duos ex Protestantium cœno emersit nobis Thraso quidam gloriosus, Batauus sit, an Anglus, certè nescio, Arnoldus Bootius nomine, qui in quadam sua prolixissima Epistola ad Iacobũ Vsserium Armachanum *de Textus Hebraici veteris Testamenti certitudine, & authentia contra Ludouici Cappelli Criticam sacram*, vbi nu. 48. de Syrorum punctis vocalibus multa commentus est ad statuendam inde lectionis Hebraici Textus certitudi-

rem

nem; porrò non pro veritate propugnaturus id præstitit, sed Vulgatam versionem, quam vnus Cappellus ex omnibus Protestantibus approbare videtur, & alijs prefert versionibus, impugnaturus. Nec sat habuit Aristarchus iste tot effutire ineptias, verùm elato etiam supercilio, quod peruersis eminet illis oculis peruersi animi indicibus, sic de ipsis Syris Syriacæ linguæ in Europa professoribus effatur. *Neque enim loquor de quibusuis, nec de plebeijs eiusmodi viris, quales nonnullos in hasce aliasque Europę oras delatos noui; qui Syriacarum, & rerum, & literarum perquam exili cognitione tincti, & in ipsa lingua sua materna, Arabica putà, vix aliud pręter literarum ductus, & faciliora quædam grammaticę pręcepta callentes; cùm omnis verę eruditionis in totum rudes sint,*

mirum non fuerit, si istud, vt alia quamplurima, eos lateat: nempe punctationem Syriacam esse certam, ac determinatam, non quidem indeterminatam, atque arbitrariam secundùm sensus cōmoditatem. Nos itaque, & veritatis stimulus, & Religionis studium, & officij nostri ratio non modò inuitant, sed compellunt propemodum, vt impostoris reseramus paralogysmos, Hæretici refellamus commenta, laccessentis gloriosi militis retundamus effrænatam audaciam. Me enim toto illo numero, & alibi aggreditur, & expresso, & tacito nomine, suam locans operam furioso illi Valeriano de Flauigny, ex cuius impudentissimis calumnijs Vulgatā versionem duabus Apologeticis Epistolis vendicare sum conatus. Quod autem, vt commodius fiat, & ordine exor-

dium

dium ſumendum nobis eſt à Syriaca punctatione, dein ad Hebraicam, quam vt neceſſariam concluſionem inde infert, deſcendendum.

Ad primum itaq; quod attinet, ſic præfatur: *Etenim Syris nullus ab initio punctorum apparatus fuit; & vterque ille, quo hodie vtuntur, tum ille vetuſtior, & operoſior, quo quinque vocales totidem diuerſis characteribus, ad Græcarum vocalium figuram, vt videtur, effictis, deſignant, cùm recentior alter, quo ſolis duobus punctulis, diuerſimodè collocatis, peragitur; intra ſecula haud multa apud eos fuit introductus.*

Pauciſſimis verbis multa admittit Bootius peccata, & quidem enormiſſima. Imprimis enim aut ſibi turpiſſimè contradicit, aut nihil minus probat, quàm quod probare intendit. Quandoquidem modò af-

firmat nullum fuisse Syris ab initio apparatum punctorum; inferiùs verò excussà ex lepidissimo capite syriaca insigni eruditione docet vnicũ punctum Syros habuisse ante alterutrum punctorum illum apparatum, cuius ope omni semper lectionis ambiguitati obuiam itum fuit, quia modò supra, modò infra positum omnium vocalium supplebat vices. Ex quibus sic arguo: vel punctum istud consonantibus coæuum est, vel non; si coæuum, vti verba Bootij sonant, cùm dicat: *istius ope, omni sẽper lectionis ambiguitati obuiam itum fuit*, palam relinquitur, Syros habuisse ab initio vocales. Perinde enim est, vnum punctum defungi omnium vocalium officio, ac duo puncta, vel plures figuras, & notas. Falsissimum est igitur affirmare, Syris nullum ab initio fuisse punctorum

voca-

vocalium apparatum. Si verò punctum illud literis haud est coæuum, eadem redibit difficultas, adeoq; nihil effecit Bootius suis paralogysmis, quia ante hoc punctum inuentum nullum Syris erat adminiculum, quo lectionis ambiguitatibus occurrerẽt; quod vnum probandum assumpserat. Itaq; suam conclusionem infert ex subiecto non supponente, quia supponit, puncti illius adminiculo difficultatibus, & ambiguitatibus lectionis obuiã itũ sẽper fuisse, cũ tamen sẽper non fuit, & si semper fuit sibi contradicit, quia Syris ab initio nullum fuisse punctorum apparatũ affirmat. Quod autem asserit de figurarum vocalium antiquitate, iam ex supra allatis explosum est, cùm harum auctor fuit Theophilus Edessenus, qui Heg. an. 169. obijt, punctorum verò D. Ephrem, qui tertio

viuebat a Christo Domino seculo.

Multis etiam id probari potest argumentis, scilicet puncta vocalia multò antiquiora esse figuris illis ad Græcarum similitudinem effictis, quicquid dicat Bootius vel ex Andrea Masio, vel quocunque alio. Primò, in vetustioribus codicibus, & Theophili ætate antiquioribus nec vola, nec vestigium istarum figurarum conspicitur; at puncta passim. Secundò, post Theophili tempora harum figurarum vsus viget maximè apud Maronitas, rarò apud Iacobitas, nullus apud Nestorianos, & remotiores Syros: punctorum verò frequentissimè apud istos, & non rarò apud illos. Ex quo colligere euidenter est, punctorum vsum esse vniuersalem, & antiquiorem, figurarum verò particularem, & recentiorem, nec ad omnium perue-

nisse

nisse notitiam. Tertiò, ex illarum figurarum appellationibus id constat; nam quædam nomina celebriora patrum veteris Testamenti singulis figuris imposita sunt, vt lib. 1. cap. 12. scribit doctissimus Georgius Amira & par. 1. cap. 10. doctissimus item Isaac Sciadrensis, & alij, ad consulendum puerorum memoriæ, quia singula illa nomina apud nos incipiunt ab vna illarum vocalium. Atq. ita vocalem A. vocarunt nostri ܐܒܪܗܡ *Abraham*, quia incipit ab ea vocali, O, appellant ܐܘܕܡ *Odom*, I ܐܝܣܚܩ, *Isaac*, E, ܐܝܣܥܝܐ *Esaiam*, V, ܐܘܪܝܐ *Vriam*. At hæc nomina non conueniunt omnibus vocalibus Nestorianorum, & remotiorum Chaldæorum, & Syrorum,

quia

quia ſecundum nomen apud eos legitur cum vocali A. nempe *Adam*, & non *Odom*, vti apud nos: & ſic apud eos eſſet duplex, A, & nullum O, quod falſum eſſe conſtat. At in nominibus punctorum omnes omninò conuenimus. Quartò ipſa ratio inuentionis id planè perſuadet, cùm figuræ illæ inuentæ ſint ad euitandam confuſionem, quæ ex tot punctorum concurſu oriebatur, ſemper enim poſteriores facilitati conſulere, & priorum perficere inuenta ſtudere videmus. Quamobrē quis cordatus, & prudens credet, poſt inuentas illas figuras tot punctis puncta addita fuiſſe a poſterioribus ad confuſionem, & perturbationem magis augendam?

Sed audiamus iterum Bootium de ſuo vnico puncto loquentem: *Ante inuentam*, inquit, *alterutram punctatio-*

ctationem apud Syros; unicum punctum omnium vocalium vice apud eos fungebatur; & literis superpositum A, O, & V. ijsdem verò subscriptum, E, & I. denotabat. itaq; ubicunque vox aliqua ambiguæ punctationis in Textu occurrebat, adminiculo istius puncti certa ac definita, istoq; loco vsurpanda punctatio, designabatur: qui simplicissimus punctandi modus, inde ab antiquioribus temporibus apud ipsos vsitatus, etiamsi mancus ac obscurus videri queat, Syris tamen abunde explet quidcunq; ad necessarium vsum ab vlla alia punctatione expectari potest: Adeo quidem, vt post introductum apud ipsos geminum illum recentioris punctationis apparatum, accuratiores quiq. scribæ eo ferè solo vti perrexerint, ac hodieq; vtantur, in sacra præsertim Scriptura; in qua vbiq; istius ope, omni semper lectionis ambi-

gui-

guitati obuiam itum fuit, non quidem in omnibus Codicibus, nec in plerisq; sed tamen in optimis quibusque, & accuratissimis.

Geometrica hæc Bootij demonstratio est, & quidem euidentissima; quippe vt punctum principium est lineæ: ita & linguæ Syriacæ rectè legendæ, & intelligendæ. Sed mirum est, quàm appositè quadrat hìc Bootio medico distichon illud iactatum olim in alium medicũ Iudæum Aegyptium, nomine Salamah Benrahmun, qui ad omnes scientias docendas sè se accingebat, cùm nec ipsos scientiarum terminos, & rudimenta calleret; distichon est

يشمر للج عن ساقه
ويغمره الموج فى الساحل

Se se accingit ad traijciẽdum Abyssũ

Iu

In ipſo verò littore obruitur vndis. Hic penicillo delineatur Bootius, qui dum abdita Syrorum linguæ reſerare incredibili iactantia adnititur, in punctulo impingit.

Sed ad trutinam, & ne longius abeamus, conſulendus nobis eſt liber Pſalmorum editionis doctiſſimi viri Gabrielis Sionitæ, quem omnium Syrorum primum facit Bibliorũ punctationis auctorem Bootius, & qui hanc doctrinam in ſuis rudimentis ipſi pſalmorum libro præfixis, tradere videtur. Quòd ergo punctum hoc ſubſcriptum literis legatur paſſim pro A, non autem pro E, vel I, vt vult Bootius, habemus ex pſal. 2. in voce ܬܘܪܓܙܘ *tumultuarunt*, ibidem ܡܕܒܪܘ *excogitarunt*; ver. 2. ܐܬܝܕܥܘ *conſultarunt*,

ver.

ver. 5. ܢܒܠܒܠ *conturbabit*, v. 7. ܐܡܪܬ *dixit*, & eiusmodi alia infinita. Idem subscriptum pro, O, non quidem E, vel I, Psal. 1. v. 1. ܩܡ *stetit*, ps. 3. v. 4, ܥܢܢܢ *respondit mihi*, 5. 3. ܐܨܠܐ *oro*, 6. 2. ܡܢܡܐܝܐ *infimus su-* Item subscriptum passim pro V. ps. 2. 1. ܡܢܡܐܠܐ *vanitas*, 6. ܩܡ *surge*, 4. 1. ܙܕܩܬܝ *iustitia mea*, 5. 1. ܐܨܓ *ausculta*, 5. ܢܩܡܘܢ *stabunt*, 6 ܟܕܒܐ *falsitas*. superpositum autem pro I, psal. 2 6. ܐܬܡܫܚ *constitui*, 7. ܡܚܝܠ *genui te*, 3. 5. ܐܫܬܚܠܬ *euigilaui* Pro E. Psal. 3. 5. ܫܟܒ *cubaui*

ܫܟܒ

ܕܡܪܝܢ *dormiui*, 6. ܕܚܠܬ *timebe*

Exempla eiusmodi occurrunt infinita non solùm in Scripturis sacris, sed in obuijs quibusque libris, nedum accuratissimis, quæ hallucinationis, & erroris arguunt eos, qui docent, punctum hoc iuxta varios situs varias constituere vocales.

Vt autem, vnde orta sit eiusmodi hallucinatio, dignoscatur, animaduertendum est; Grammaticos quandoque hoc punctum subscriptum literis ܝܘܕ *Iud* ܘܘ *vau*, & ܐܠܦ *Aleph*, appellare I, & V, longum, suprapositum verò literæ ܘܘ *vau*, V, breue; non quod reuera sit vocalis, sed quia est signum, & nota quantitatis, hinc ܝܕܥ *Iadho*

vocatur ab Elia, & alijs, idest *nota signum*, & a Sciadrersi ܫܝܕܪܘܣܐ *sciudoho*, idest, *tessera*, *symbolum*. Signis autem tribuere aliquando nomina rerum, nec nouum, nec insuetum est, nec probatione indiget.

Quoniam præterea inter officia puncti huius illud præcipuum est, vt dictiones similes distinguat ab inuicem, asserunt Grammatici, voces quasdam eiusmodi puncto variè notatas legendas potiùs esse cum hac, quàm cum illa vocali, & non quòd punctum illud sit vocalis. Et profectò si esset vocalis, vocalis semper fungeretur munere, & motum, vt loquuntur Syri, tribueret consonãti; sed cùm id non præstet semper, manifestissimum est indicium, illud non esse vocalem. Exempla hoc

pro-

probantia obuia sunt legenti; vt ܡܚܝܐ *furor*, vbi patet, literam ܡ *mim*, quæ punctum habet subscriptum, quiescere, nullaq; moueri vocali; dicitur nihilominus à Grãmaticis, vocem illam legendam esse cum vocali E, vt distinguatur ab hac alia simili ܚܡܐ *socrus*. Idem dicendum est de voce ܚܡܐ *somnus* vt distinguatur a ܚܡܐ *annus*, & sic de multis alijs arguendum est. Et sanè si punctum istud vocalis esset, legeretur ܡܚܝܐ, & ܚܡܐ, quod Syris Perridiculum est.

Si verò regeret Bootius, aliquando punctum hoc consonantem mo-

uere,& vocalis defungi munere, vt in his vocibus ܡܠܟܐ *Malco* rex ܡܠܟܐ *Melco* consilium, & id genus; responsum hoc habebit non a nobis, sed à Iosepho Barmalcun in Tract. inscripto ܪܙܐ ܕܢܩܛܐ *Rete punctorum* c 4. de hac eadẽ materia, de qua nobis cũ Bootio controuersia, agẽte

ܘܒܟܠܗ ܡܬܚܫܒ ܕܗܠܝܢ ܢܩܛܐ
ܡܫܬܩܠܝܢ . ܕܠܐ ܒܠܚܘܕܝܗ ܐܠܐ
ܒܟܠܗܘܢ ܡܬܬܩܢܝܢ ܐܠܐ ܡܬܩܢܝܢ
ܡܬܩܢܝܢ . ܘܗܘܝ ܠܗܕܐ ܕܢܩܛܐ
ܡܫܬܩܠ ܒܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ

Idest: *Fortè autem putabitur, quòd ista* (puncta) *quoq; mouẽdo moueant. Scias, hoc non per se, sed concursu, & concordia omnium efficere. Testimonium autem huic nostræ sententiæ facit mutatio*

opi-

operationis singulorum istorum. Videlicet, puncta ista non per se motum tribuere consonantibus, sed per accidens, vti euidens est ex mutatione operationis singulorum; nempe punctum illud vel supraponatur, vel subscribatur, non influit eodem modo, sed quomodocunq. collocetur, omnes admittit vocales, vt in allatis exemplis ostensum est.

Nec reponat nobis Boetius, quòd auctor iste, non loquatur de puncto, de quo præsens controuersia est, cùm sermo apud illum sit de pluribus punctis; ne reponat, inquam, quia de hoc eodem apud illum sermo est, vtitur autem numero plurali, quia punctum illud trifariam partitur, iuxta duplicem situm, quem obtinet, nam vel superponitur, vel subscribitur simplex, vel duplex, vt hisce docet verbis

laudatus Auctor indicato capite.

ܡܢ ܕܡܢܐ ܕܠܐ ܐܝܟ ܐܢܬ ܐܝܬ
ܠܗ ܡܠܗܡܢܝܢ. ܕܠܐ ܐܡܪ
ܐܢܬ ܡܢܐ ܐܝܟ ܕܟܬܒ ܡܠܬ.
ܠܗ ܐܡܪ ܐܝܟ ܐܝܬܝܗ ܐܝܬܝܢ ܘܒ
ܡܢܐ ܐܝܟ ܕܟܬܒ ܡܠܬ. ܐܢܬ
ܡܢ ܕܡܢ ܠܗ ܐܡܪ ܐܝܟ ܐܝܬܝܢ
ܐܝܬܝܗ ܕܟܬܒ ܐ

Vnum punctum aut supra, aut infra, aut duo infra ponuntur. Supra, vt dicit vocat, venit, facit, aperit; *infra, vt* dixisti, accubuit, aspersit, vocauit, venit, fecit, aperuit; *duo autem infra, vt* dixit illa, accubuit illa, fecit illa.

Huic nostræ sententiæ firmissimum addit robur alterutra recentior punctatio, quandoquidem consonantibus hoc puncto notatis accuratissimi quiq; scriptores, vel pun-

cta vocalia, vel figuras appingunt; quod sanè nunquam præstarent, si punctum illud vocalis fungeretur officio, & pro vocali ab illis haberetur; ea enim ratione eadem consonans duabus affecta esset vocalibus, quod perridiculum est, & Syris, ac gentibus alijs monstrum inauditum. Percurratur totum Bibliorũ septilinguiũ opus Parisijs a Clarissimo viro, & immortalitate dignissimo Guidone Michaele Le Iay editum, & à doctissimo Gabriele Sionita punctis vocalibus adornatum, videbitq; Bootius nos vera prædicare, si tamen strabo ille rectè videre vnquam queat. Etenim posteriori bus inuentis vocalium figuris, nequaquam pũctorum vocalium vsus sublatus est, sed indifferenter modò istis, modò illis vtuntur scriptores etiam in vna eademq; dictione pro

benè ſcribendi ratione, & commoditate, vti legere eſt pſal. 1, ex punctatione laudati mox Gabrielis Sionitæ in hiſce dictionibus ܥܘܠܬܐ *iniqui*, ܐܙܠ *ambulauit* ܚܛܝܐ *peccatores*, & id genus infinita. At nũquam exhibebit nobis Bootius vel vnicum exemplum in quó duæ concurrant vocales in eadem conſonante.

Ad hæc ſunt dictiones quædam quinque, vel ſex conſtantes ſyllabis vti ܐܬܪܥܝܬܐ *aberratio* ܡܬܟܢܝܬܐ *ſubiectio*, tamen illud punctum vnicum ſemper reperire eſt in vnica dictione, quì ergo fieri poteſt, vt vnum punctum ſemel ſubſcriptum, aut ſuperpoſitum quinque, & ſex vocalium dif-

fer-

ferentiũ ſupplere queat vices. Aliquando etiam omnes quinque vocales in vnica voce conſpiciuntur, vt in hac ܡܠܟܬܐ *reginula*, & pũctum vnicum eſt; & infra collocatum. Qua ergo ratione, aut fundamento effutit Bootius. *Iſtius ope omni ſemper, lectionis ambiguitati obuiam itum fuiſſe* apud Syros? & quo modo *abundè explet quidcunque ad neceſſarium vſum ab vlla alia punctatione expectari poteſt?*

Tandem totam profundit Bootius ſuæ ignorantiæ, ſeu iactantiæ ſentinam, cùm concludit, punctum iſtud non reperiri in omnibus codicibus, nec in pleriſque, ſed ſolùm in optimis quibuſq; & accuratiſsimis. At ſciat commentorum Architector, quòd nullus reperiri ſit ſacrarum Literarum codex, aut liber cu-

iuſq:

iusq; generis, vel notæ, in quo punctum istud non occurrat, si non vbiq: quod nullis accidit quãtumcunque accuratissimis, saltem pluribus in locis. Quod quidem non argumentis probandum est, sed sola codicum inspectione, qui plurimi in celebrioribus Bibliothecis occurrũt, si tamen toruis illis oculis, ac peruersis id dispicere potest Bootius.

At nec ita castigatus dimittẽdus est adhuc Bootius, sed refellendus quoq. ex punctorum Syrorum enumeratione, & singulorum officio; inde enim constabit, an sit eiusmodi punctum inter ea, nec ne. Sciendum igitur est; Syrorum puncta duplicis esse generis; vnum literis coæuum, quod genericum, & essentiale dicitur; aliud verò additum, seu aduentitium. Genericum illud est, quod literas ܕܠܝ dolat,

&

& ܪܝܫ *Risc* constituit. De hoc ita Ioseph Barmalcun in Rete punct. c. 7

ܬܪܬܝܗܘܢ ܡܬܩܪܝܢ ܕܒܬܪܬܝܗܘܢ ܐܬܘܬܐ ܕܪ̈ܝܫ ܕܒܬܪ̈ܝܗ ܕܪ̈ܝܫ ܬܚܬܝܬܐ ܘܒܬܪ̈ܝܗ ܕܪ̈ܝܫ ܥܠܝܬܐ ܕܝܕܥܬ ܚܒܝܒܝ ܗܢܘܢ ܕܠܐ ܡܬܦܪܫ ܡܢ ܡܠܬܐ ܘܗܢܘܢ ܕܡܬܦܪܫ ܠܥܠ ܡܛܠ ܡܠܬܐ ܗܘ ܕܡܬܦܪܫ ܠܥܠ ܡܛܠ ܡܠܬܐ ܗܘ ܕܡܬܦܪܫ

Idest: *Generica (puncta) duo sunt, & in duabus literis, in litera D. ex parte inferiori, & in litera R. ex parte superiori, scias dilecte noster. Genericum autem illud est, quod nunquam abest a dictione; quòd verò abest, aliquando additur quasdam ob causas, aliquando subintelligitur.* De generico quid sit, planè liquet.

Aduentitium autem in plures partitur classes; aliud enim dicitur

ܕܡܬܦܪܫ

ܬܘܡܝܢܐ *comparationis*, & eſt punctum, quod modò ſimplex, modò duplex adhibitum varios animi exprimit affectus, iuxta variam interpungendi rationem, quæ apud probatos ſcriptóres triginta variatur modis. Secunda claſſis eſt duorum punctorum, quæ pluralem numerũ a ſingulari diſtinguunt. 3. eſt vnum punctum, quod ſupra collocatum indicium eſt aſperitatis literarũ, infra verò lenitatis. 4. eſt punctum, quod pronomen affixum tertiæ perſonæ fem. generis tam In nominibus, quàm in verbis, & aduerbijs diſtinguit ab affixo eiuſdem perſonæ maſc. generis. 5. quietem indicat, nempè literam, cui eſt adſcriptum, non eſſe mouendam, nec vocali afficiẽdam, 6. ſunt duo illa puncta, quæ modò ſupra, modo infra, modò hinc inde

de posita vocales constituunt. 7. dicitur punctum canonis, cuius varia sunt officia apud Grammaticos. 1. inseruit ad tempora, & modos distinguendos, hinc præterito, futuro, imperatiuo; & infinitiuo subijcitur, præsenti verò superponitur, exceptis ijs verbis, quorum penultima est ܝ *Iudh* vocali ܝ, I. notata. 2. personas verborum discriminat, ex quo primæ literæ personę primæ singularis superponitur ad illam discriminandam à secunda eiusdem numeri, quæ ijsdem pingitur characteribus. 3. ad genus simul, & personas designandas adhibetur; hinc tertiæ personæ sing. fœ. gen. vltimæ literæ, quæ semper est ܬ. T. quiescens, vtrinq. adscribitur apud Maronitas, & Iacobitas, apud Nestorianos verò, Syrosq. alios, &

Cahl-

Chaldęos geminatum penultimæ subijcitur. 4. Aliquando superpositum aliquando subscriptum voces, & dictiones similes distinguit. 5. sub literis ܝܘ *Iudh* & ܘ *vau* collocatum signum est illarum productionis, quemadmodum suprascriptum est nota ipsarum breuitatis. Et hæc sunt genera, & officia omnium punctorum, quæ apud Syros occurrunt, inter quæ, vt luculentissimè patet, nullum est reperiri punctum, nisi noua lingua, & puncta cudantur, quod omnium vocalium, vel aliquarum suppleat vices, vt boat Bootius. Res exemplis, & testimonijs probanda est, non boatu. Equidem existimo, aliter a suo magistro doctum fuisse Bootium, sed eum non benè intellexisse tam in hoc, quàm in alijs, vnde eo Poetæ Arabis di-

sticho

ſticho illũ excipere, & ſuam contexere excuſationem poteſt magiſter,

علّى بحث القوافى من معادنها
وما علىّ اذ لم تفهم البقر

Meum eſt, appoſitè componere verſus,
At nihil ad me, ſi non intelligit Bos.

Porrò ad reliqua, pergat ergo Bootius. *Et ne poſt inuentam quidem iſtarum punctationum alterutram, ijs ad punctanda ſua Biblia vſi ſunt Syri.*

O benè pronunciatum! cui ergo vſui excogitarunt Syri non vnum, ſed duplicem punctandi modum, etiám præter illud punctum Bootij tam mirabilia præſtans? Quibus tam confidentem aſſertionem probat argumentis, & auctoritatibus Bootius? An hæc habet a Bibliorum codicibus, quos vidit? benè quidem. Sed quot ei vidiſſe accidit? vnum ſanè, aut alterum, nimirum Iacobi Vſse-

rij

rij, & Odoardi Pockokij, ſi tamen vtrumq; vidit. An autem ab vno, aut altero Exemplari liceat ad omnia argumentis proſequi, ſolis luſcis, & ſtrabonibus concedimus. Ego ſanè pluſquam triginta Exemplaria Hebraica vidi nullis notata punctis vocalibus, ergone a paritate, imò multo potiori iure mihi inferre licebit, Iudæos nec poſt inuenta puncta ijs vſos fuiſſe ad ſua Biblia punctanda? Qui hic tam putidus, tamq. ineptus arguendi modus? ſed mox ipſe viderit, pergat iam innumerabiles effutire nugas.

Et Biblia, inquit, *Syriaca, quæ in ingenti illo Bibliorum ſeptilinguium corpore, intra hos paucos annos hic Pariſiis impreſſo, conſpiciuntur, prima ſunt in Mundo, quę vniuerſo punctorum apparatu ſic conſtructa fuerunt. Nam ſi ex eo, quod hodiernę in Codice He-*

Hebræo punctationis apparatus à Massorethis post talmudicis demum adhibitus fuit (vt id in presens largiamur ita se habere) legitimè inferri potest, non teneri nos ea punctatione, vtpotè authoritatis merè humanæ, proindeq; licere eam relinquere, vbicunq: sensus commoditas id suaserit; eadem ratione concludendum erit, arbitrariam esse quarumcunq: vocum in Biblijs Syriacis punctationem, cùm, & punctatione vtraq: qua hodie vtuntur Syri ante secula aliquot, ac diu post confectam Bibliorum translationem, penitus corruerint; & ille vniuersę punctationis apparatus, quem in Biblijs Parisinis videmus, non modò non primæuus sit, aut antiquus, ac in nullo vnquam codice conspectus, donec in editionem Parisinam vnicus homo, Gabriel Sionita, ipsius curator proprio Marte ac consilio, illum inuexit.

Nugæ perpetuæ, ineptiæ cõmenta. Vndè, sodes, habet Bootius, Biblia Parisina prima esse in Mundo, quæ vniuerso punctorum apparatu instructa sunt? nisi fortè intelligat, ea esse prima, quæ typis eo modo edita sunt. Verùm hoc ad præsentem controuersiam nihil facit, nec ad quæstionem, ex qua suam parat cõclusionem; cùm plura apud Orientales exemplaria tam in vno compacta corpore, quam separatim, & seiunctim suis adornata punctis, & vocalibus conspiciantur passim, vt mox inferius constabit. Quæ præterea arguendi methodus est a textu Syriaco ad Authographum, scilicet Hebraicum; cùm ille merè auctoritatis humanæ sit, nisi Ecclesiæ accesserit approbatio, tam quoad ipsam versionem, quam quoad punctationem; iste verò non item, literas

im-

imprimis quod ſpectat, & conſonantes, ac vocales proinde, & puncta, ſi ab eodem profecta probentur auctore? At ſi par ratio vtriuſque eſt, certè par auctoritas erit. Largitur inpræſens Bootius, hodiernam punctationem Hebraicam a Maſorethis poſt talmudicis demũ adhibitam fuiſſe, ſed inſanà, ac bouina liberalitate; dein certitudinem eiuſmodi pũctationis ex Syriaca ſtatuere nititur. Miſer Bootius! ſua proijcit arma Hebraica, Syriaca arripit, quæ cùm minus tractare ſciat, ſe ipſum conficit, & iugulat. Solidis, vt procerto credo, deſtitutus argumentis, & causà deſperata ſuſceptæ defendendæ prouinciæ, ſatius habuit, hoc præſtare eiusmodi armorum genere, quàm turpiter deſerere prorſus. Verùm quantum vel deſperatæ cauſæ decedit, hoc

Arabis poetæ declarat distichon.

الم ترى ان السيف يقل قدره
اذا قيل هذا السيف خير من العصاء

Nonne vides gladij decedere pretio,
Cùm dicitur, hic gladius melior est baculo?

Largitur quidem inpræsẽs Bootius quia olim herbam porrexerat Cappello, vt ex binis eius Epistolis ad eundem Cappellum Lutetiæ scriptis, mensibus Iulio, & Augusto an. 1645 quas legere est in defensione Criticæ aduersus Buxstorfium pag. 646. In harum prima ita de punctatione Hebraica habet: *Librum tuum de pũctis Hebraicis, siue Arcanum punctationis reuelatum ab Erpenio editum legi, quod feci cum magna admiratione reconditę eruditionis, qua opus illud vndiq. scatet, & cum insigni fructu,*

quip-

quippe demptus mihi, & inde error, quem ex magni Buxstorfii Tiberiade imbiberam de punctorum cum literis coeuitate, & metus ob quem potissimũ amplexus eum fueram, fore vt alioqui omnia in textu Hebraico *incertitudine, & ambiguitate referentur, cùm tamen tu in istis libris contrarium feceris planissimè, alteramq; ac veriorem sententiam certissimis argumentis adstruxeris.* Alterius Epistolæ hæc sunt verba: *In punctorum negotio verum est, quod & antehac tibi scripsi, me lectione tui Arcani deductum fuisse a pristina, penitusq; infixa sententia de illorum cum literis coeuitate, ac planissimè tibi assentior, pondere argumentorum a te adductorum conuictus, aliquot post Christi sæculis non consueuisse ea adscribi in Textu ad eum modum, quo hodie videmus, & puto Buxtorfium iàm hic a te superatum*

suo ipsius iudicio, sicuti ex literis, quarum exemplaria mihi misisti, haud obscurè colligere videor, quamquàm palam manus dare, ac herbam porrigere noluerit.

Nunc in biuio hæret Bootius, retractare quæ olim concesserat, eum pudet. Criticam Cappelli, quæ omnes malè habet Protestantes, atq; Hebraizantes, adeoq. non modò in cunabulis eam opprimere sunt conati, sed vel in ipso vtero materno, ac dum informis embryo esset, cum reliquo non aggredi agmine, nefas putauit. Quid ergo agendum iam est, Booti? sequendum ne Buxtorfij exemplum, qui palam manus dare, & herbam porrigere noluit? Nequaquam a probo viro ita veritas deludenda est; Macte igitur animo, vanum depone pudorem, quid verba quæris? dum ais, negas? veritas o-

dit

dit moras, porrige animosè nobis herbam, nos verò vicissim tibi fœnum, & sic initâ pace, cantabimus per amicè simul illud Ouid. 2, fast.

Sub iuga Bos veniat, sub terras semen aratas,
Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres.

Porrò grauissimè erras, Booti amice, dum asseris, vnicum hominem Gabrielem Sionitam proprio marte, & consilio apparatum hunc vocalium primum inuexisse, ac ante illum omnibus omnino Syris insuetum fuisse, ac in nullo vnquam codice conspectum. An totum nouum Instrumentum suis adornatum vocalibus an. 1555. Viennæ editum conspici non potest? An idem in Biblijs Antuerpianis editum ab Andrea Masio cum suis vocalibus non prodijt? & cur non conspicitur? An

ipſe Maſius, a quo ea, quę de illo puncto ſuadit, deſumpſit Bootius, contrarium non ſcripſit in ſua Grāmatica, dum dicit: *Et propterea neq; etiam alterutris niſi in ſacrorum librorum ſcripturę vllis fere vocalium figuris vtuntur?* Quod quidem ideo aſſerit, quia in Textu, quem habebat, puncta, & figuras vocales adeſſe videbat, abeſſe verò in alijs. Nec putandum eſt, Maſium tantum fuiſſe, vt proprio marte omnia puncta illa nouo Inſtrumento adſtruxerit, & appinxerit; verùm pro certo tenendum eſt, eum ſequutum fuiſſe, quem præ manibus habebat, Textum, cui eas addidit vocales, quæ alicubi deſiderabantur. Hinc autem factum eſt, vt infinitis propemodū ſcateat mendis editio illa Syriaca, vt temerarium non eſſet aſſerere, plus eſſe mendarum in illa ſola noui Te-

ſta-

ſtamenti Syriaca editione, quàm in toto Pariſinorum Bibliorum ſeptilinguium corpore. Hoc tamen feliciter illi ſucceſſit, quia incendiarium illum Heroſtratum Valerianũ de Flauignij haud nacta eſt, qui nominis immortalitatem inde ſibi cõparare niſus eſt. An etiam, vt ad rem noſtram redeamus, Pſalmorũ liber typis cuſus in ipſo monte Libano ab Illuſtriſſimo viro illo Sergio Riſio Archiepiſcopo Damaſceno, multis ante Sionitæ editionem annis, imò antè natum Sionitam, ſuis careat vocalibus? An plures alij libri Romæ cuſi nõ ſint eiuſmodi vocalibus inſtructi? Ego ſanè habeo penès me aliquos libros ante trecentos, & quadringẽtos annos exaratos, & vtroq; punctorũ apparatu inſtructos. Multo plures paſſim occurrunt in Bibliothecis.

Sed

Sed videàmus quid porrò profert Bootius. *Cappello quidem*, inquit, *nulla hic apparebit difficultas; & absque vlla hęsitatione non modò concedet totum hoc de arbitraria, secundùm sensus commoditatem, punctatione, quarumcunque in Syriaco textu vocũ, suapte natura ambiguarum; sed vltrò etiã, si rectè ipsum nouit, id affirmabit, atq; ex ijs, quę iã nunc dixi, id liquidò promanare, vel deierare paratus erit*

Cur Cappello, aut cuiquam linguarum Orientalium, vel mediocriter perito apparere debet hic vel minima difficultas? Certè, si non affirmauerit ille, ego tibi Booti, tuisque similibus constantissimè affirmabo, vocum quarumcunque in textu Syriaco, suapte naturà ambiguarum, punctationem arbitrariam esse secundùm sensus commoditatem. Negas, aio.

Expe-

Experientia rerum magiſtra eſt, ac lydius lapis. Proponamus vocem hanc ܚܢܝ punctandam, quam ſi punctas, ܚܢ̈ܝ ſignificat, *cecidit*, *adorauit*, ſi ܚ̈ܢ̈ܝ *genuflexit*, ſi ܚ̈ܢ̈ܝ *benedixit*, ſi ܚ̈ܢ̈ܝ *creauit te*, vel *filius tuus*, ſi ܚ̈ܢ̈ܝ *deſertum tuum*, vel *pars tua exterior*, & eiuſmodi alia. Horum punctatio nonnè pendet penitùs ex ſenſus commoditate? Dicat Bootius; loquatur. Simile quid apud Latinos occurrit, ex. gr. verbum: *fero*, habet plures ſignificationes, ſignificat enim *gerere*, *opinari*, *ſperare*, *conſtituere*, *tradere*, *exhibere*, *pati*, *tollerare*, *proferre*, *requirere*, *velle*, *iubere*, *reportare*, *afferre*, *cèlebrare*, *laudare*, *obtinere*, *dicere*,

accu-

attribuere, *gignere*, *producere* &c. Vnde, quæso, habentur istæ significationes variæ, nisi ex sensûs commoditate?

Sed sistamus parumper, quia nodum hunc Gordium soluisse sibi videtur Bootius ex Syrorum commẽtarijs, & præsertim auctoritate *Aazar Rodse* cuiusdam Gregorij, quamobrem audiamus illum: *Neq; hoc*, inquit, *contenti Syri, separatos præterea habuerunt semper commentarios, in quibus magna curà cuiusq; vocis ambiguę veram punctationem, non per pũctula iam, aliasue notulas, sed integris vocaliũ (vel, vt Hieronymus in Hebraicis vocales appellare solet, accentuum) appellationibus comprehensam exhiberent. Luculentum eius rei documentum præbet succinctus ille cuiusdam Gregorij in tota Biblia Commentarius Aazar Rodse, seu hor-*

reum

reum secretorum ab ipso dictus.

O benè inuentum! ò benè de Syrorum sacris literis meritum Bootium! hactenus ignorabamus, vel Gregorium Barhebræum, vel Iosephum Barmalcun, vel Ierudad Episcopum Hadtensem, vel Paulum Nisibensem, vel Babai magnum, & multos alios eiusmodi edidisse commentarios, siue elucidationes de dictionibus obscurioribus sacræ scripturæ: At quid indè infertur, nisi Syriacam punctationem in vocibus ambiguis non esse certam, atq; determinatam, etiam post inuenta puncta, neq; figuras vocalium, nedum Bootianum admirabile punctum illud, quod tot solum obit munera, & officia? Certè si satis punctum illud esset, nequaquam illa alia duo inuexisset D. Ephrem, & si duo illa sufficerent, figuras non excogitasset

Theo-

Theophilus; & si figuræ id abundè explerent munus, haud editi essent tot Commentarij, & elucidationes ambiguarum vocum, & si certa cõstaret punctuandi ratio, vt Bootius effutit, horum Commentariorum Auctores nequaquàm discordes inter se, ac dissentientes essent de ratione, & modo legendi, & interpretandi singulas voces. Hinc delirare planè Bootius videtur, cum scribit: *Ast illi, qui inter illos (Syros) verè docti sunt probè norunt ambiguorum omnium in textu Syriaco vocabulorum punctationem certam esse, ac determinatam, talemq; semper fuisse, etiam antequam veteris de punctatorijs apparatibus, quibus hodiè vtuntur, apud eos innotuisset.* Delirat, inquam, quia Soli tenebras in meridie affundere conatur, & pulverem inijcere videntium oculis, ac

tam-

tamquam nouus, in nouo orbe circulator protestanticos teterrimos putores pro suauissimis venditat Syriacis vnguentis.

Iam ad conclusionem, cui tot fallacias, tot mendacia, tot commenta, totq; parologysmos substruxit, veniamus. *Etiamsi igitur*; inquit, *concederemus Cappello, recentiores illos Masorethas inuexisse primos in textum Biblicum illam punctationem, qua nunc vtimur, atque adeo totam illam punctationem ab ipsis fuisse excogitatam, & non modò in Biblijs, sed neque in vllis alijs libris, aut scriptis fuisse anteà vsurpatam; restaret tamen ipsi adhuc probandum; quod duo illi modi, Syris vsitati, ad ostendendam atq; conseruandam veram certamq. ambiguicuiusque vocabuli in sacro Textu punctationem, nequaquam apud Hebreos, vt apud Syros in vsu fuerint: quod*

quan-

quandiù non fecerit, iustissimam habebimus causam taxandi nimiam, ac temerariam eiusdem audaciam, affirmandi tam fidenter, absque vlla probatione, vt alias res permultas, ac maximi ponderis, quas hactenus agminatim recensuimus, tum hoc quoque de punctatione codicum nostrorum. quod nimirum authoritas eius merè humana sit, qua proinde neminem vlterius obstringat, quàm quatenus sensus commoditate seipsam tueri potest.

Benè quidem! concedis Cappello, recentiores Masorethas primos excogitasse punctationem, quam nunc vtimur, Quo autem concesso, quid inde sequitur, quàm textus Hæbraici authoritatem, punctationem hanc quod attinet, esse merè humanam? Sed hæc consequentia est pro sententia Cappelli, qui ex illa præmissa infert: huic ergo pun-

cta-

ctationi minimè standum esse, nisi vbi commodum fundit sensum. Igitur non absque vlla probatione hoc affirmauit, etenim id satis euidenter probauit in *Arcano punctationis*; herbam tunc porrexisti; vti patet ex binis tuis Epistolis suprà allatis, nunc concedis; & adhuc exigis probationem? Strabonem te esse, ac peruersis prædicũ oculis; omnes te prædicant, & talẽ ego te noui; at cæcionẽ talpa, te præbes, dũ asseris. *restaret tamen ipsi adhuc probandũ; quod duo illi modi, Syris vsitati, ad ostendendam, & conseruandam verã, certamq; ambiguiq; cuiusq; vocabuli in sacro textu punctationem, nequaquã apud hebreos vt apud Syros in vsu fuerint.* O mentecaptum Bootium! si fuerunt vnquam; adhuc essent, & viderentur, nec probatione egerẽt; vel saltem, si hactenus non extarent, aliqua men

tio de illis apud Iudæos occurreret. Præterea eiusmodi probatio, & demonstratio non Cappello neganti incumbit, sed tibi boanti, & aienti, vt ex Dialecticæ tyronibus discere facilè potes. Sed caue, id facias Booti, ne ferulà excipiaris, & exploderis sibilis. Nemo enim in scholis ita arguens visus est: *Syri habent duos punctandi modos, vel habuerunt, ad obuiam eundum ambiguitatibus, ergo & Iudęi*. Si hoc enim valeret, & hoc valeret aliud, *Arabes non habuerunt puncta, ergo nec Iudęi*. Nec minus hoc aliud. *Asinus rudit, ergo & Bos*. vel, *Equus non est homo ergo Bootius non est homo*. Demum ipsi Syri te mẽdacij & temeritatis, arguũt, cũ doceãt, Hebræos, vt Syros nullahabuisse olim vocalia pũcta ad rectè legẽdum, ideoq. illa excogitasse, & cõsonãtibus apposuisse coacti,

sunt

ſunt vti videre eſt ex ſupra allatis. Ex quo tanta lectionũ varietas ad poſteros promanauit; quantã in omnium gẽtiũ exẽplaribus videmus; nam hic legebat cũ his punctis, iſte cum illis, & iuxtà hãc legẽdi varietatẽ varij gignebãtur ſenſus, vt egregiè demonſtrat Cappellus, & ipſa euidẽtia cõuincit. Idẽ accidit etiã Mahometanis antè inuẽta ab Ali Abnaditalebo pũcta vocalia; tanta enim legentiũ erat diſſenſio, vt niſi Othmani coërcita fuiſſet auctoritate, & determinata lectio punctis, quæ Ali excogitauerat iam de Alcorano actũ eſſet. Inter cęteros Alcorani locos, qui varios fũdebãt ſenſus, iuxta varios legẽdi modos, hic vnus notatur ab Auctoribus,

ان الله برى من المشركين ورسوله

qui iuxta eorum lectionem, qui poſtremæ dictionis radicalem legebãt

cum dhamma sic ورسوله hunc red-
debat sensum: *vtique Deus alienus est ab infidelibus & Apostolus eius*; idest tam Deus, quam eius Apostolus alienus est, & odio habet infideles. At iuxta eorum lectionem, qui vocem illam legebant cum kasra sic ورسوله, hunc fundebat sensum: *Vtique Deus alienus est ab infidelibus, & Apostolo suo* nempe odio habet infideles, & Apostolum suum Mahometum. Huius postremæ lectionis patroni vt genuinam tutebantur ex vi, & influxu particulæ من *men*, idest *ab*; quæ influere solet in omnes sequentes dictiones copulatas. Impugnatores id refellebant ex absurditate sensus. Quicquid sit, ingentes vbiq; hæc legendi varietas excitauerat tumultus, ac turbas. Eiusmodi

modi autem vocalium notulæ, & figuræ nuncupãtur الاعراب *al Arabo* quasi dicas *Arabiztaiones*, seù Arabum *inuentiones*, ac legendi *morem*, & ritum. Hoc autem, quia Persæ, Turcæ, alijque exteri populi, qui Mahometanam impietatem amplexati sunt, Alchoranum, aliosq; eius perfidiæ libros facilius illarum notarum adminiculo legere cœperunt.

Neq; suffragatur antiquitatis punctorũ propugnatoribus, quòd apud Hæbreos, Syros, Arabesue vocalium occurrat mentio aliquando multò antè eorum, qui inuentores esse creduntur tempora; quia aliud est loqui de vocalibus, & vocalium nominibus, nempe de re, reiq; nomine; aliud de vocalium signis, figuris, notis, & ipsis apicibus. Vocales enim, earumq; sonos semper

fuisse, & extitisse, & ab ipsa natura cum sermone hominibus imbibitàs; nemo, nisi affatim barbarus, vt nec a bruto distinguatur, inficias ibit; imò dum negat, fatetur, cùm nulla vox humana articulata sine illis proferri possit, quinimò nec suum efferre valet Psittacus χαῖρε. At verò notas, & figuras, apicesq; vocalium inde inferre, nullum nos cogit argumentum. Verum enim verò quemadmodum ad efferendas articulatas voces, exprimendasq; necessariæ erant semper vocales, ità ad earum sonum discipulos docendum nomina necessariò illis imponenda erant. Nomina autẽ illa non vt consonantibus imposita ex sono, sed ex vario oris, linguæ, & labiorum motu, & modulatione. Hinc vocalis

A dicitur Hebræis פתח Syris,

ܦܬܚ

ܦܬܚܐ, & Arabibus الفتح *apertio*; quia in ea efferenda, vt ait Honain Benisaac in sua Grammatica.

ܦܬܚܢ ܠܦܘܡܐ ܬܚܬܝܐ
ܡܕܝܢܬܐ ܠܬܚܬܝܬܐ ܦܬܚܢ

Aperimus os imum mediocriter versus partem inferiorem.

Haud aliter profectò in hoc factum esse puto a Syris, Hebræis, & Arabibus in appingendis vocalibus, quã ab Astrologis in excogitandis illis notis, & figuris ad suos Planetas, aliasque res compendij gratia designandas, aut a Muscis ad suas modulationes varias denotandas, aut a Græcis in excogitandis accentibus illis ad suos tonos rectè efferendos. Poeticés quoq; tractatores ad consulendũ discentium ingenijs, & commodo apices quosdam effinxerunt, & in-

ſcripſerunt vocalibus ad earum ſignificandam vel productionem, vel breuitatem; nihilominus ſanæ mentis nemo affirmabit, aut Aſtrologorum, figuras, aut Muſicorum notas, aut poëtarum apices paris antiquitatis eſſe, ac res, & rerum nomina. Euidentiſſimè id probatur ex Arabicæ, linguæ imperfectionibus, de quibus fusè agit Elias Niſibenſis ſeſſ, 6 ſuarum diſputationum. Nulla ſunt Arabibus puncta, aut ſigna, vel notæ, ad multos animi exprimendos motus πάθη, ſeu affectiones, res tamen, atq. rerum nomina & ſunt, ac ſemper fuerunt; nam oratio alia nuncupatur ab illis enunciatiua, alia admiratiua, alia imperatiua, alia deprecatiua & id genus. Mutuentur nunc puncta hæc a Syris, vel alia excogitent, & ſuæ adhibeant linguę: quinam iſt-

hæc

hæc æquè vetusta esse affirmabit, ac res. & nomina? Igitur ab antiquitate rerum, rerumq. nominum non valet illatio ad antiquitatem signorum; nomina enim propriè rebus imposita sunt, impropriè verò, & abusiuè; ac per metonymiam signis deinceps accommodata.

Præterea nomine vocalium antiqui scriptores intellexerunt literas quasdam, quæ aliquantulum ad sonum vocalium accedunt, & sunt apud Hebræos אהוי quarum mentio occurrit passim apud D. Hieromum, & Iudæi vocant eas *matres lectionis*. Hinc mox laudatus Diu. Hieronymus in Comment. Ieremiæ cap. 25. ait: *vocales literæ inter* ב, *&* ב, *&* ל, *iuxta idioma linguæ hebræe in hoc nomine non ponuntur*, ni-

mirum

mirum in nomine בבל *Babel*, & hoc quidem ideo dixit, quia iuxta Chaldaicum, siuè Syriacum idioma ponitur inter ל & secunda ב litera sic ܒܒܠ quasi dicas *Babil*. His quoq. vocalibus alias duas adiungebat id. D. Hieronymus, nimirum, ה, & ע.

Syrorum quōq: antiquissimi suas literas in consonantes, & vocales partiebantur, ita Dauid Barshaulos de literis vocalibus in sua Grāmatica

ܡܕܝܢܚܐ ܕܒܝܬ ܡܠܬܐ ܕܩܠܐ
ܕܢܬܝ ܡܕܝܢܚܐ ܡܕܝܢܚܐ ܩܠܐ
ܡܬܩܠܝܢ : ܠܐ ܡܬܩܠܝܢ
ܠܫܢܝܢ ܕܗܘ ܡܕܝܢܚܐ ܕܒܩܠܐ
ܕܩܠܐ ܕܡܕܝܢܚܐ . ܐܠܐ ܡܢܐ ܡܢܐ
ܡܕܝܢܚܐ

ܡܬܩܪܝܢ ܡܬܝܠܝܢ ܠܗܘܢ ܡܫܬܠܡܝܢ
ܠܗܘܢ ܠܚܕܝܗܘܢ ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ

Idest: *vocales autem* (literæ) *vocãtur, quia illę ex se dictiones absoluunt, nec suis indigẽt sociabus ad cõpellendas pulsationes suarum dictionũ sed vnaquæque illarum ex se suã perficit syllabam.* De consonantibus autem ita subdit.

ܗܠܝܢ ܕܒܪܝܢ ܩܪܝܢ ܠܗܘܢ ܡܫܬܠܡܝܢ
ܠܒܠܚܘܕܝܗܘܢ ܕܠܐ ܡܫܬܠܡܝܢ
ܠܡܥܒܕܘܬܐ ܕܩܠܐ ܐܝܟ ܡܬܠ
ܐܢܘܢ ܡܠܬܐ

Illæ autem nuncupantur consonantes, quia solæ non possunt perficere voces sicut vocales. Ioannes Barzuhbi non modò vocales appellat eas tres literas, sed illas omnibus literis tribuere motum asserit p. 2. de vocalibus.

ܘܬܡܢ ܗܠܝܢ ܩܪܝܢ ܠܗܘܢ ܡܫܬܠܡܝܢ
ܒܡܠܬܐ

ܘܐܠܝܢ ܡܢ ܬܪܝܢ ܐܬܘܬܐ ܕܡܬܩܪܝܢ
ܩܠܝܢ : ܘܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܡܢ
ܡܠܬܐ . ܡܢ ܬܪܝܢ ܐܬܘܬܐ ܕܠܐ
ܡܬܩܪܝܢ ܩܠܝܢ ܐܝܟ ܕܐܠܦ ܘܐܝ
ܘܐܘ ܕܡܬܩܪܝܢ ܩܠܝܢ ܐܝܟ ܕܐܠܦ
ܘܐܝ ܘܐܘ ܕܡܬܩܪܝܢ ܩܠܝܢ

Idest; Hac ipsæ motiones, Aperitionis (nempe A, & eleuationis (nempe O) a tribus literis vocalibus processerut, quę sunt Aleph, & Vau, & Iudh. Quæ itaq; tres literę, quæ vocantur vocales, tribuunt motũ & sonum omnibus literis Syriacæ linguæ. Liquet igitur ex istis D. Hieronymum, & antiquos alios Scriptores nomine vocalium intellexisse non apices, aut notas, sed literas illas, de quibus mox diximus.

Profectò si Cadmi Agenonis filij Historiæ vlla adhibenda est fides, dubio omni procul tres illæ literæ.

vt vocales legebantur olim apud Phœnices, atque Syros: Nam litera ܐ Aleph expressit per literam vocalem Ἄλφα, ܝ *Iudh* per Ἰοτα, ܘ *vau* per Ὑψιλὸν, antiquitùs enim vocalis hæc exprimebatur per vocalem V. Latinorum, vt Cicero in Oratione notat, vnde proferebant *Purrhum* pro *Pyrrhum*, *Eruges*, pro *Phryges*, & eiusmodi; Et nostri Syri eandem vocalem ad primam originem reducentes in vocibus a Græcis mutuatis substituunt ܘ leguntque ܟܘܪܝܐܠܝܣܘܢ *Kurieeleeison*, ܣܘܢܬܐܟܣܝܣ *suntaxis*, & id genus alia.

Tria adhuc ad hoc probandum non Leuia occurrunt argumenta,

quæ

quæ vt plurimum refragantur Aduersarijs, ita nostræ valdè suffragantur sententiæ. Primum, Salomon multorum Syrorum testimonio non solùm sacrorum Librorum habetur interpres exorante Hiramo amico, verùm etiam Characterum auctor, De sacrarũ Scripturarũ Translatione ita Ierudad Episcopus Hadtẽsis in Elucidatione locorum difficiliũ, & vocũ obscuriorũ Geneseos postquã de Græcis versionibus loquutus est.

ܕܫܠܡܘܢ ܒܪ ܕܐܒܝܗ ܕܕܘܝܕ
ܡܠܟܐ ܕܝܫܪܝܠ ܘܥܒܕ ܠܗ ܫܠܡܐ
ܥܡ ܚܝܪܡ ܡܠܟܐ ܕܨܘܪ ܘܫܕܪ ܠܗ
ܡܠܐܟܐ ܠܘܬ ܚܝܪܡ ܡܠܟܐ ܕܨܘܪ
ܘܫܕܪ ܠܫܠܡܘܢ ܡܠܐܟܐ ܠܘܬ ܫܠܡܘܢ
ܡܠܟܐ ܕܝܫܪܝܠ ܘܫܕܪ ܠܗ ܡܠܐܟܐ
ܠܘܬ ܚܝܪܡ ܡܠܟܐ ܕܨܘܪ ܘܫܕܪ
ܠܗ ܡܠܐܟܐ ܠܘܬ ܫܠܡܘܢ ܡܠܟܐ
ܕܝܫܪܝܠ ܘܫܕܪ ܠܗ ܡܠܐܟܐ ܠܘܬ
ܚܝܪܡ ܡܠܟܐ ܕܨܘܪ ܘܫܕܪ ܠܗ

ܐܠܦ ܕܝܫܘܥ ܒܪܒܪܝܬܐ ܕܐܝܟ
ܡܠܝܢ ܐܢܘܢ ܒܪܝܫܝܬܐ ܕܐܒܝ
ܕܝܢܝܐ ܕܡܠܟܐ ܐܝܟ ܐܬܘܪܐ
ܐܢܬܪܝܢ ܐܢܘܢ ܕܡܠܟ ܡܠܟ
ܒܝܡ ܫܠܡܘܢ ܡܠܟܐ . ܘܐܝܟ
ܐܝܟ ܕܒܝܬ ܡܠܟܐ ܐܝܟ
ܐܠܦ ܕܡܠܟ ܡܠܟ .

Idest: *Ad Syriacum autem idioma translatę sunt Scripturæ iuxta aliquos hoc modo. Pentateuchus Iosue, Iudices, Ruth, Samuel, Dauid, Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, & Iob tempore Solomonis Hiramo rege Tyri eius amico deprecante. Reliqui verò libri veteris simul, ac noui Testamenti tempore Ahagari regis Edessæ sollicitudine Adęi* (Thadæi) *& reliquorum Apostolorum quamquã alij aliter dicant, nempe quod ab vno*

sacer-

ſacerdotum, quos miſerat rex Aſſyrius in Samaritanum idioma conuerſi ſunt. Samaritanũ autẽ idioma idem eſt ac Chaldaicũ. ſimile quid ſcribit Gregorius Barhebræus lib. 6 Chronicorũ in Ptolomæo Philaladelpho agens de ſeptuaginta ſeniorum verſione.

وهذا النقل السبعينى هو المعتبر
عند علمائنا وهو الذى بايدى
الروم وباقى فرق النصارى خلا السريان
خصوصا المشارقه فان نسختهم
المسماة بسيطه تطابق نسخة اليهود
واما المغاربه فلهم النقلان البسيط
المنقول من العبرانى الى السريانى
بعد مجى السيد المسيح فى زمان
اداى السليح. وقيل قبله فى زمان
سليمان بن داود وحيرم صاحب
صور والسبعينى المنقول من اليونانى
الى

الى السريـــاني بعـــد ظهـور المخلص
بزمـــــان طويـــــــــــل

Idest: Hæc autem Septuaginta versio illa est, quæ pro authentica habetur à nostris doctoribus, & quæ Græcorũ, aliarumque Christianarum nationum teritur manibus, Syris exceptis; ac prsertim Orientalibus, quorum versio, quæ simplex vocatur, concors est textui Iudęorum. Occidentales autem vtramq. habent versionem, simplicem videlicet, quæ versa est ex Hebręo in Syriacum idioma post aduẽtum Christi domini tempore Adęi Apostoli; vel, vti fertur, ante illum tempore Salomonis filij Dauid, & Hiram Domini Tyri: atq. Septuaginta, quæ versa est ex Græco in Syriacum longo tempore post aduentum Saluatoris. De Characteribus autem Syriacis a Salomone inuentis, & Hiramo regi

Tyri amico traditis, ita legitur apud laudatum Iesudad citato opere.

ܘܐܝܟܢܐ ܕܡܘܫܐ ܕܐܬܬܝܠ
ܠܡܟܬܒܐ ܥܒܪܝܐ ܥܠ ܬܠܬܐ
ܕܚܬܝܡܐ ܕܫܡܗ ܒܗ ܠܡܫܡܗ.
ܗܟܢܐ ܫܠܝܡܘܢ ܥܠ ܬܠܬܐ
ܕܫܬܐ ܐܚܪܢܐ ܕܡܢ ܟܬܒܐ
ܕܐܝܬ ܠܗ ܡܢ ܫܡܗ ܕܗܘܢ ܐܢܫܐ
ܕܡܫܪܝܢ ܠܗ ܒܝܘܡ ܗܢܐ

Idest, *Quidam autem aiunt, quòd quemadmodum Moyses excogitauit olim literas Hebraicas, queis legem posuit, ita Salomon excogitauit Characteres aliarum scripturarũ, quos tradidit populis, a quibus affectus est honoribus; & primùm quidem Syriacę linguę,* (characteres) *quos dedit Hiram Tyri.*

Ex narratis sic arguo: Si Salomon

mon ipse, vel quispiam alius eius iussu sacros interpretatus est libros, certè nonnisi omnibus numeris absolutos illos dedisset Hiramo amico deprecanti, ac tales quales à suis auctoribus profectos; sed in hisce punctorum vocalium, nec vóla, nec vestigium ante D. Ephrem tempora conspectũ esse memoratur, nec vlla extat apud scriptores mentio. Idem disserẽdum est de alijs tam Veteris, quàm Noui Testamenti partibus in Syriacam linguam ab ipsis Apostolis conuersis. Quis enim facilè sibi persuadet, Apostolos Christianis tunc tyronibus, & in lege minimè versatis puncta subtraxisse, aut Salomonem tradidisse Hiramo literas Syriacas sine punctis vocalibus, si vlla extitissent?

Alterum exhibent nobis argumentum antiquorum Chaldæorum,

qui hactenus priſcis inſiſtentes inſtitutis ſub nomine Mandaitarum, Chaldæorum, Sabaitarum, & Chriſtianorum Sancti Ioannis Baptiſtę circa ſinum Perſicum degunt; libri, & ſcripturæ, qui ſine vllo punctorum genere leguntur, vel ſpectent illa ad vocales, vel ad interpungendi rationem, vel ad quemcumq. alium vſum. Libri, quos tamquam antiquiſſimos oſtentant, sũt Liber Adam, & Liber Aſtrologiæ, qua tantoperè gloriati ſunt olim Chaldæi. Etſi tamen nulla agnoſcãt iſti puncta, quatuor vocalibus ſuas efferunt dictiones, eaſque totidem exprimunt literis, nempe ܐܘܝ

A, E, V, I, quod referẽdum eſt ad ea, quæ ſuperiùs diximus reſpondentes ad auctoritatem allatam ex D. Hieronymo, & alijs. At quantis res hæc impli-

implicata ſit difficultatibus iam ſerò ſapiunt aliorum exemplo. Quandoquidem literæ illæ modò conſonantium, modò vocalium defungentes munere, nõ paruum faceſſunt illis negotium; adeoque maiorem melioremque vitæ partem circà lectionem, & puerilia exercitia inſumunt. Ex quo colligere eſt, antiquos nulla habuiſſe puncta. Etenim id à natura comparatum eſt, & arte, vt res primò inuentæ rudes quodamodo adumbrentur, dein paulatim excultæ vſu, & experimentis ſuas adipiſcantur perfectiones. Hinc poſteriores linguæ, vt Græca, & Latina eiuſmodi imperfectionibus, & difficultatibus haud obnoxiæ ſunt; quia ipſorum Auctores id animaduertentes tanto incommodo proſpexerunt. Sanè ex infinitis argumentis, quibus Syriacam linguam Hebraica anti-

quiorem esse probatur, illud vnum est, quòd omnes aliæ linguæ suos Characteres, & literas, à dextera sinistram versus, vel vice versa scribunt, Syriaca verò sola suas ducit lineas pectus versùs, quem difficillimum scribendi modum aliæ correxerunt, illa autem antiquum, ac rudem retinuit. Patet igitur ex dictis, neque plura, neq; vnum fuisse ab initio punctum apud Syros, *cuius ope, omni semper lectionis ambiguitati obuiam itum fuit,* vt inanibus verbis effutit Bootius.

Tertium demùm argumentum suppeditant nobis Samaritani, & Samaritanorum exemplar vtrumque, nempè Hebræum, & purum Samaritanum, quod idem ac Chaldaicum esse, suprà indicauimus. In horum quippe neutro vllum punctorum conspicitur vestigium; tamen id ma

maxi-

ximè necessarium erat, si vllus eo tempore punctorum erat vsus, vt promiscuum illud ex Hebræis, Chaldæis, alijsq; gentibus vulgus facile sacros Codices legere potuisset. Nec probabile existimandum est, Interpretem, quisquis ille fuit, puncta, si vlla fuissent, tam in versione, quã Autographo omisisse. Ad hæc Samaritani Chronici Auctor, quod est Bibliothecæ Eminentissimi Cardinalis Mazarini, omnia ac singula enumerat, quę in Sacro Codice ab Ezra vel mutata sunt, vel addita, vel dempta, ac inter cætera de illo summoperè conqueritur, quòd antiquos, & ab ipso Moyse conditos characteres in hos, quos habemus nunc, & quadratos vocamus, permutauit, de punctis verò nec verbũ quidem facit. Ex quibus colligere est, punctorum nequè Moysen, neq.

Ezram fuisse auctores; quia si ille fuit, nequaquam omissa fuissent in vtroq; Exemplari; si iste, nequaquã Chronologus id reticuisset. Adhuc hoc idem euincitur ex eodem Chronici Auctore, qui vbicumq; occurrit vox aliqua ambiguæ lectionis, illi Arabum puncta appingit, & hoc quidem ideò, quia nulla puncta habent Samaritani. Et hæc pro instituti ratione nunc sufficiant:

Pag. 51. *Idem transtulit Canones Patrum trecentorum octodecim* &c. Is post D. Iacobum Nisibensem, qui eidem Concilio interfuit, suam Syris nouam tradidit Canonum, & Constitutionum versionem vnà cũ Actis, & Historia, quæ omnia hactenus Syris, Arabibus, alijsq: Nationibus Orientalibus integra extant, vt aliàs in Præfatione eiusdem Concilij, & Epitome diximus.

Ibidem

Ibidem. *Maraba magnus interpretatus est, & exposuit totum Vetus Testamentum ex idoimate Græco in idioma hoc Syriacum.* Ante hunc Marabam aliam quoq. antiquiorem ex Septuaginta extitisse versionem abundè testantur D. Iacobi Nisibensis, & D. Ephrem Syri Commentaria. Aliam habent præter has Syri versionem antiquissimam ex Hebræo immediatè conuersam, atque ideò simplicem vocant, de qua vide quæ suprà attulimus ex Gregorio, & Iesudad. Tametsi aliquando occurrunt Codices pro scribarum studio, aut commodis ex vtràque versione contexti & interpolati.

Pag. 55. *Thomas Edessenus.* Edessa Ciuitas Mesopotamiæ Syris dicitur ܐܘܪܗܝ *Oroch*, ܐܕܐܣܐ *Edessa*, & ܐܘܪܗܝ *Vrhoi*, Arabibus

vero

verò ـرها, *Rahá*, & عرفا *Horpha*.

Ab ſcriptoribus orientalibus Helenæ matris magni Conſtantini ſit patria, & Abagari Toparchi regia. Vide Gregorium Barhebræum in Tiberio, vbi etiam refert Epiſtolam Abagari ad Chriſtum Dominum, & Epiſtolam Domini ad Abagarum. Vide Iſmaelem Sciahinſciah in Almottechi ſub anno Hæg. 331. Mahometum Benſciahnam in eodem, item Georgiũ Almacinum, & alios. Hæc autem notata ſint in gratiam Ioannis Seldeni, qui ad interſerenda commẽtarijs de originibus Eccleſiẽ Alexandrinæ pag, 179. ingenuè ait: *ſub initium vides, celebratiſſimam illam Helenam Conſtantini magni matrem nuncupari* الرهاوية *pro quo ſubſtituimus nos* Rheauienſis, *ſoni Arabici veſtigia prementes, ſed interim*

rim loci vnde sic dicatur plane nimis ignari & pag. 181. *vbinam hæc Rhea, ego me nescire fateor:*

Pag. 61. *cum expositione Dionysij* Is, vt Ioannes Darensis, libros D. Dionysij Areopagitæ de Hierarchia cælesti, & Ecclesiastica commentarijs illustrauit.

Pag. 63. *Isaac Niniuita.* Præter libros hic recensitos multos alios edidit Theologicos, & Philosophicos, quorum catalogus non est ad manus.

Pag. 65. *Nec nō ordinē Codicis circuli.* Hoc nomine intelligendum venit Kalendarium festorum per anni circulum.

Ibidem *de Indulgentia.* Syriaca vox ܫܪܝܐ, quæ significat *indulgentiā, propitiationem, & remissionem.* Secundùm receptiorem vsum

primo

primò designat sacramentum Confessionis in tota sua latitudinē, deindè vel preces, quæ pro delinquentibus funduntur, vel admissionē pœnitentium, vel formulam absolutionis sacramentalis, vel suffragia fidelium viuentium pro defunctorum animabus, ac eiusmodi. Hæc omnia cùm obuia sint, ac non tanti momenti, missa facimus, at de sacramento confessionis pauca notanda nobis sunt ex Nestorianorum, & Iacobitarum placitis, quia hos sacramētum hoc nequaquàm aliis accensere, quidam scribunt. Ex Nestorianis vnus nunc sufficiat noster Auctor Hebediesu, qui Tract. 4. libri Margaritarum c. 1. enumerans Ecclesiæ Sacramenta, quinto loco ponit hoc sacramentū. verba ipsa sūt

اوزا حبلتا هحدا اله امو

وحمع

ܦܪܝܫܐ ܕܟܠܗ ܡܬܩܢܐ . ܘܡܕܡ
ܕܡܬܩܢܐ ܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ ܕܥܠ
ܐܪܥܐ . ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܡܫܬܡܫ ܠܟܠܗ ܡܬܩܢܐ . ܕܡܥܡܕܐ
ܕܡܥܡܕܐ . ܕܡܫܚܐ ܡܩܕܫܐ
ܕܡܩܕܫܐ . ܕܩܘܪܒܢܐ ܕܦܓܪܐ
ܕܡܫܝܚܐ . ܕܚܘܠܦܢܐ ܕܚܛܝܬܐ
ܕܡܫܬܘܬܦܢܐ ܕܚܛܝܬܐ

Idest: *Sacramenta Ecclesiastica septem sunt iuxtà mentem Diuinarum Scripturàrum. Primum est sacerdotium; quod perficit omnia sacramenta. Secundum sanctus Baptismus. Tertium Chrisma vnctionis. Quartum sacrificium corporis, & sanguinis Christi. Quintum Indulgentia, seu propitiatio, & remissio peccatorum &c.* De hoc verò sacramento peculiare instituit caput, Et est eiusdem Tractatus septimum,

quod

quod totum huc referre non pigebit

ܐܝܟ ܕܢܬܚܙܝ ܠܗ ܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ ܕܡܠܟܐ
ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ ܐܠܐ
ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ
ܐܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ
ܐܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ
ܐܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ
ܐܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ
ܐܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ
ܐܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ
ܐܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ
ܐܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ
ܐܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ
ܐܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ
ܐܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ
ܐܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ
ܐܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ
ܐܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ
ܐܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ
ܐܠܐ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܫܘܠܛܢܐ
ܕܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ ܕܠܐ ܢܬܚܙܝ ܠܗ

ܕܒܝܬܗ ܐܝܟ ܡܠܐܟܐ ܘܡܠܟܘܬܐ
ܕܐܝܟ ܗܢܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܡܢ ܐܠܗܐ
ܡܢ ܠܥܠܡܐ ܡܬܩܪܐ ܘܐܠܗܐ
ܚܝܐ ܕܒܟܠ ܥܠܡܐ ܘܡܫܡܫ
ܗܢܐ ܚܝܐ ܕܒܟܠ ܒܪܝܬܐ ܕܐܝܬ
ܡܬܩܪܐ ܠܗ ܡܠܟܘܬܐ ܘܗܢܐ
ܡܫܡܫ ܡܢܝܢ ܕܠܗܝܢ ܐܝܟ
ܕܗܢܐ ܕܡܬ. ܐܝܟ ܕܥܡ
ܕܢܦܠ ܥܠ ܡܬܩܪ ܐܝ ܕܢܫܡܥܢ
ܐܠܗܐ. ܐܠܐ ܕܟܠ ܡܕܡ ܕܐܝܬ
ܒܗ ܡܬܩܪ ܠܐ ܢܦܠ ܥܠ ܡܬܩܪ
ܐܠܐ ܐܢ. ܐܬܐ ܘܐܬܩܪ
ܡܠܐ ܐܬܐ ܠܐ ܡܢ ܡܬܩܪ
ܕܐܝܟ ܗܢܐ ܕܐܝ ܕܢܦܠ ܥܠ ܡܬܩܪ
ܕܐܝ ܕܢܫܡܥ ܠܗ ܡܢ ܐܠܗܐ.

Ideſt: *Caput ſeptimum de remiſſione peccatorum, ac de pœnitentia. Genus quidem humanum ad errandum pro-*

procliue est, ac facilè in peccatum propensum, & ęgritudinibus animę vix non tentatur. Quamobrem data est iustitia sanans, vt gratis illud curet. Si dimittetis peccata alicui, dimittentur, dixit quidem Dominus, non est enim opus medicus sanis, sed male se habentibus. Et: non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Tres dico similitudines, filij scilicet Prodigi, centum ouium, & duorum debitorum vnius creditoris. Ad augendam autem spem peccatoribus, aperiendamq; ianuam pœnitentię, quę ascendere facit ad Cœlum, & beatitudinem supernam attribuit, has affero parabolas. Demonstratio autem est Simon post abnegationem, Paulus post persecutionem, Peccatrix, Publicanus, & Latro. Quapropter consentaneum est fidelibus, quoties criminibus laborant iuxtà imbecillitatem naturæ humanæ,

quæ non potest in omnibus prosperari, vt conueniant ad Domũ medicinę Christianæ, & medicis spiritualibus suas ęgritudines ostedant, itaut propitiationibus, seu absolutionibus, & canonibus pœnitẽtiæ sanitatẽ spiritus adpiscãtur, & ad cœnam Dominicã cum puritate accedant, iuxta verbum magni Doctoris. Medicinam autem pœnitentię dedit Dominus noster medicis peritis, qui sunt sacerdotes Ecclesię. Quem ergo percusserit diabolus ægritudinibus iniquitatis, is veniat, ostendatq; vulnera sua discipulis Medici sapientis, & ipsi curabunt illum medicina spirituali. Hęc autem verè perficiuntur, si fide, & non mundialiter fiant; quicquid enim ex fide non est, peccatum est, itaut quidam ob auaritiam mercaturam, ac negotiationem, & vsuram fecerint rem hanc magnam.

Iacobitæ hoc idem vltrò fatentur

cap.

c. 22: ſuæ Eccleſiæ Conſtitutionum

فصـــــل فى معـــلم الاعتـــراف

ſect. de magiſtro Confeſſionis, ſeu Confeſſario, quæ ſic incipit:

يجـوز ان يكون الاعتراف على كاهـن او على غيـر كاهن ممن يكـون اهـلا لـذلك: الجواب: لا يجـوز الاعتـراف لعلمـانى بـل يعتـرف لمـن لـــه جنسيـــــه فى الكهنـــوت

Ideſt: *Licet ne, confeſſionem fieri ſacerdoti, an non ſacerdoti, digno tamen, qui hoc perfungatur? Reſpenſio. Non licet confeſſionem fieri non ſacerdoti, ſed illi, qui eſt in gradu ſacerdotali* Huc reſpicit Gregorij Barhebræi id Epigramma ad quendam Amicorum.

ܐܢ ܬܘܒ ܐܚܙܝܟܢܝ ܡܢ ܐܪܥܐ ܠܐ ܐܢܣܝܠ ܐܢܐ

ܘܡܢ ܬܘܕܝܬܐ ܕܡܬܩܕܡ ܠܐ ܐܫܬܟܚ ܐܢܐ

ܟܠܗܝܢ ܪܙܝܐ ܕܝ ܒܟܘܪܝܐ ܐܓܠܐ ܐܢܐ

ܡܬܝܒ ܡܬܩܠ ܕܠܐ ܡܢ ܩܕܡ ܕܐܢܐ ܐܬܟܠ ܐܢܐ.

Si rursus te videro, caput ex terra non extollam,

Et ab gratiarum actione nunquam cessabo,

Secreta mea omnia tamquam sacerdoti tibi reuelabo,

Miserere mei igitur, quoniam sine te pereo.

Quasi dicat, quemadmodum confitentes sacerdoti nostra arcana, & secreta aperimus, ita ego faciam, si

rur-

rursus tua conuersatione potitus fuero.

Ego sanè nunquam sine magna admiratione legi id, quod de confessione Iacobitarum scribit doctissimus vir fel. mem. Gabriel Sionita c. 14. Appendicis ad Geographiam Nubiensem hisce verbis, *Ad hæc confessionem nullam admittunt, sed eorum multi in Ecclesiæ parietibus factis foraminibus peccata sua confitentur, alij verò Deo soli, qui cordium scrutator est, confitendum aiunt.* Equidem ego existimo, eum falso aliquo rumore deceptum fuisse, ac toto cęlo à veritate discessisse, nisi nomine Iacobitarum intellexerit, mures, hirundines, aut passeres, quos ea Ecclesiarum foramina frequentare non semel vidi, at non confitentes. Siquidem Sionita nouennis in Europam aduectus est, posteà in patriam

nunquam reuersus, vbi Iacobitarũ libros nec vidit fortassis, nec legit.

Apud Cophtitas id sacramentum inter septem semper numeratum est, eiusque viguit vsus vsq. ad tempora eorum Patriarchæ nuncupati يوذس ابو المجد بن ابى غالب *Ioannes Albulmagedus filius Abigalebi*, qui Alexandrinam sedem apud eos occupauit anno ab incarnatione Domini 1207. Is quippe confessionem amouit, & circumcisionem plurimùm commendauit. Sed an propterea negent, id esse sacramentũ? an penitus abolitum velint? nequaquam, audiamus ergo totum ex c. 51 Constitutionum Ecclesiæ Cophtitarum Collectionis ابن العسال Abnelhassali, qui nec etiam decreti causam reticet, vbi postquam de circum-

cumcisione pluribus diseruit,
hæc subdit de confessione.

واما الاعتراف فهو طب روحانى
نسبته الى الروح نسبة الطب
الجسدانى الى الجسد وكما ان الجسدانى
لا يتم الا بطبيب خير خبير والا
كان ترك التطبيب خيرا منه من
جاهل او شرير ثم بقبول المريض
واستعماله ما يوصف له ثم بامكان
المداواة من جهة الزمان والمكان
والامكان والا فلا فايدة فكذلك
الروحانى : ولما صار وجود الخير
بالخبير نادرا وكذلك القسمان الاخران
صار الاعتراف فى القبط لا
يوجد الا نادرا ومنع بعض بطاركتهم
منه الجمهور لعدم اجتماع الشروط
الثلثة التى لا يتم جيدا الا بها

وكما انه ليس كل انسان يحتاج
الى الطب الجسداني فكذلك الروحاني
وكما ان ليس كل المحتاجين اليه
يحتاجون اليه مستمرا في كل مرض
فكذلك الروحاني

Idest: *At verò Confessio est medicina spiritualis, cuius comparatio ad Animam est vt comparatio medicinę corporalis ad corpus. Quemadmodum autem corporalis* (medicina) *non peragitur nisi per medicum probũ peritũ, alioquin melius esset, eiusmodi relinquere curationem, quæ fit ab imperito, & improbo; nec non, vt ægrotus amplectatur, & vtatur quicquid ipsi præscribitur; deinde vt medicina sit possibilis ex parte temporis, loci, & potentię, aliàs nihil prodest; ita spiritualis. Cum ergò rarò reperiatur probitas in perito, quemadmodum, &*

alię

alię duæ conditiones, hinc factum est, vt rarò reperiatur Confessio inter Cophtitas. Quidam autem ex eorum Patriarchis interdixerunt plebi eius vsum ob defectũ concursus illarũ triũ conditionũ, sine quibus non bene peragitur. Et quemadmodũ etiam non omnes egent medicina corporali, ita nec spirituali. Et quemadmodũ non omnes, qui ea (corporali medicina) indigent semper in omni morbo, ita nec spirituali: Hæc tã clara, & plana sũt, vt explicatione nõ egeãt.

Pag. 79. *Contra Magos Nisibenses,* quemadmodũ, & supra pag. 49 *nec nõ aduersus Magos,* & infrà nõ semel. Nomine Magorum haud intelligendi hic veniunt illi, qui vulgò ex Latinorum loquendi vsu malefici habentur, & magi dicuntur, neque etiam pro sapientibus Persarum solum sunt accipiendi, vt quidam arbitrantur: sed pro secta quadam pe-

cu-

culiaribus addicta dogmatibus, & persuasionibus mancipata. Nuncupati autem sunt hoc nomine, ܡܓܘܫܐ *Mgusce*, siue vti Chaldæi efferunt *Magusce*, ex Syriaca, siue Chaldaica radice ܓܫ *Gosc*, idest, *attrectauit*, *palpauit*, *inuestigauit*, cùm huius sectæ sapientes scientiarum omnium, ac præsertim Astronomiæ seduli extiterint inuestigatores. Ex Syriaca lingua deductam fuisse hanc denominationem, ex eo planè persuaderi videtur, quòd ex multorum sententia (vt lib. 5. Chronicorum in Cambyse scribit Gregorius Barhebræus) sectæ huius auctor ܙܪܕܫܬ nempe Zoroaster natione fuerit Assyrius. Qui autem

uocem

vocem persicam esse rati sunt, ex eo hallucinantur; quia apud Persas sectæ dogmata promulgauit ille primò, quæ illinc in alias transfusa sunt orbis partes, & vna cum illis sectæ nomen. Sed & hodierni Persæ hoc vocabulum Arabicum esse putant, quia eius radicem, & originem in sua lingua non comperiunt. Cum autem posteri astrorum scientijs abusi sint, vocabulum malè audisse cœpit. Ferunt, Zoroastrum Persis Christi Domini natiuitatem prænunciasse, de quo sic laudatus Gregor. Barhebræus l. mox cit. in Cābyse

وفى هذا الزمان كان زرادشت يعلّم
المجوسية واصله من بلاد ادربجان
وقيل من بلاد اثور وقيل انه من
تلامذة الياس النبى وهو عرف الفرس
ظهور السيد المسيح وامرهم بحمل
القرابين

الفرابين اليه واخبرهم ان فى اخر
الزمان بكرا تحبل بجنين من غير
ان يمسها بشر وعند ولادته يظهر
كوكب يضى بالنهار ويرى فى وسطه
صورة صبية عذرى وانتم يا اولادى
قبل كل الامم تحسون بظهوره فاذا
شاهدتم الكوكب امضوا حيث
يهديكم واسجدوا لذلك المولود وقربوا
قرابينكم فهو الكلمة مقيمة السماء

Idest: Hoc tempore Magiam docebat Zoroaster, cuius originem alij ad Adrichani regionem, alij ad Assyriam referunt. Dicitur autem eum fuisse ex discipulis Elię prophetæ, & Persis indicasse ortum Christi Domini, atq. præcepisse ipsis deferre ad illum munera, & annuncidasse, fore, vt in nouissimo tempore virgo concipiet infantem sine contactu viri; & illa pariente apparebit

rebit stella interdiu relucens, videbitur q; in medio eius imago puellę virginis. Vos autem filij mei ante omnes gentes percipietis illius ortum. Cùm ergo videbitis stellam, pergite quò vos diriget, & adorate natum illum, & offerte ei munera vestra, ipse enim est verbum constituens cœlum.

Pag. 103. *Interpretatus etiam est ex Indico idiomate librum Calaileg, & Damnag.* Liber iste tribuitur Isamo quinto Indorum regi, de quo sic Ismael Sciahinsciah in Hist. gentiũ.

يسام وهو الذى وضع كتاب
كليله ودمنه

Isamus, & est ille, qui composuit Librũ Clilah, & Damnah. Idem affirmat alibi, librum hunc Arabici iuris factum fuisse trecentis ante Alexandrũ Macedonem annis. Est autem Apologus in quo humani instituuntur

mores

mores. In omnes ferè linguas translatus est. Extat eius exemplar Arabicum in Bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Mazarini, elegantissime descriptum.

Pag. 107 *Et contra Bardaisanem alium inscriptum de Scarabæis.* Bardaisanitas comparat Scarabæis, quia vt isti stercus volutant, & stercore aluntur, ita illi suarum volutant opinionum absurditates, ac tamquam lutulenti sues in suorum vitiorum iacent sordibus. Atq; hæc modò pro instituti nostri ratione sufficiant ad omnipotentis Dei laudem, & gloriã, ac Catholicæ Religionis amplitudinem, ornamentum, & Decus.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INDEX
CHALDAICVS
SCRIPTORVM
In hoc Opere contentorum.

14
14
16
16
16
18

INDEX

28 [illegible]

32 [illegible]

34 [illegible]

36 [illegible]

36 [illegible]

38 [illegible]

38 [illegible]

40 [illegible]

40 [illegible]

40 [illegible]

42 [illegible]

42 [illegible]

46 [illegible]

54 [illegible]

INDEX

[illegible] 62
[illegible] 66
[illegible] 72
[illegible] 78
[illegible] 74
[illegible] 82
[illegible] 82
[illegible] 90
[illegible] 90
[illegible] 92
[illegible] 94
[illegible] 98
[illegible] 108
[illegible] 100
[illegible] 102
[illegible] 104

[illegible]

INDEX

ܐܬܘܡܪ ܗܕܐ 104

ܐܠܐ ܘܐܢܬ 110

ܐܪܘܒ ܐܗܘܕܐ 112

ܐܠܐ ܬܢܝܢܐ 112

ܐܠܐ ܡܪܕܐ 112

ܐܠܐ ܬܠܬܐ 112

ܐܠܐ ܐܪܒܥܐ 118

ܕ

ܕܗܕܐ 32

ܬܪܝܢ 46

ܕܢ ܐܠܐ 56

ܬܪ ܬܪܝܢ ܕܢܐ 70

ܬܪ ܡܢ ܕܢܐ ܬܪܝܢ 74

ܬܪܝܢ ܘܬܪ 80

ܕܢ ܬܪܝܢ 84

ܕܢ ܬܪܝܢ ܬܠܬ 84

ܕܢ

INDEX.

88
102
104
106
108
108
110
114

28
28
66
68
68
78
90

INDEX.

96
100
106
114
4. 2.
14. 12. 10. 8. 6.
14
16
22
58
80
82
98

INDEX.

ܒܪܡܠܐ ܕܢܚܐ ܚܝܠܐ 102

ܒܡܕܝܢܬܐ 104

ܒܪܡܠܐ ܕܢܡܪܘܕ 108

ܒܡܒ ܒܚܝܠ ܕܡ 110

ܒܫܬܐ ܒܡܬܚܐ ܡܬܠܐ 116

ܗ

ܗܕܐ 54

ܐ

ܐܬܘܬܐ 38

ܐܝ ܕܡܕܐ 108

ܣ

ܣܕܐ ܣܒܡܐ 52

ܣܕܐ ܣܒܡܐ 68

ܣܠܡ ܕܢ ܐܝܟ ܐܬܘܬܐ 72

ܣܡܟ ܣܒܡ 84

ܣܕܐ ܐܬܘܬܐ ܕܒܢܝ 110

INDEX.

14
34
70

22
38
40
40
42
48
58
60
62
62
64

INDEX

ܡܫܠܐ ܕܢܘܚ 72
ܡܫܠܐ ܕܐܝܠܐ 78
ܡܫܠ ܐܝܟ ܕܫܡܝܐ 86
ܡܫܠ ܕܡܠܟܘܬܐ 86
ܡܫܠܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܥܠܡܐ 86
ܡܫܠ ܕܦܪܝܣܝܐ 88
ܡܫܠܐ ܕܚܝܐ 92
ܡܫܠܐ ܕܒܠܥ 94
ܡܫܠ ܕܙܢܝܐ 96
ܡܫܠܐ ܕܡܠܟܐ ܕܙܢܝܐ 98
ܡܫܠ ܕܫܢܐ 98
ܡܫܠ ? 104
ܡܫܠܐ ܕܥܘܠܐ 106
ܡܫܠ ܕܐܚܬܐ 108
ܡܫܠ ܐܪܡܝܐ 110
ܡܫܠ ܕܢܚܡܝܐ 110

ܡܫܠܐ

INDEX.

[illegible] 6
[illegible] 114
[illegible] 120
[illegible] 120

[illegible]

[illegible] 14. 12. 10. 8. 6.
[illegible] 40
[illegible] 54
[illegible] 70
[illegible] 98
[illegible] 118
[illegible] 118

[illegible]

[illegible] 4
[illegible] 38
[illegible] 50
[illegible]

INDEX.

38
50
40
42
64
76
78
86
88
100
114

30
40
102

INDEX

[illegible] 18
[illegible] 36
[illegible] 56
[illegible] 73
[illegible] 76
[illegible] 104
[illegible] 116
[illegible] 116
[illegible] 4

[illegible] 2 40
[illegible] 64
[illegible] 80
[illegible] 90
[illegible] 94
[illegible] 96

[illegible]

INDEX

[illegible] 114
[illegible] 120

ܒ

[illegible] 34
[illegible] 40
[illegible] 54
[illegible] 56
[illegible] 76
[illegible] 94

ܓ

[illegible] 14
[illegible] 34
[illegible] 62
[illegible] 76
[illegible] 100

ܕ

INDEX

ܐ

ܐܒܕܐ ܕܢܦܫܐ 42

ܐܒܕܐ ܕܫܘܬܦܐ 74

ܐܒܕܐ ܕܥܕܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܝܟ ܕܐܢܐ 82

ܐܒܕܐ ܕܫܘܬܦܐ 84

ܐܒܕܐ ܕܡܫܝܚܐ 86

ܐܒܕܐ ܕܡܫܝܚܐ 88

ܐܒܕܐ ܕܥܕܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܝܟ ܕܐܢܐ 98

ܐܒܕܐ ܕܢܦܫܐ 100

ܐܒܕܐ ܕܡܫܝܚܐ 104

ܐܒܕܐ ܕܢܘܡܐ 106

ܐܒܕܐ ܕܟܠܐ 120

ܒ

ܒܘܪܟܬܐ ܕܐܒܗܬܐ 24

ܒܘܪܟܬܐ 32

ܒܘܪܟܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܝܟ ܕܐܢܐ 34

ܒܘܪܟܬܐ

INDEX.

[illegible] 37
[illegible] 54
[illegible] 54
[illegible] 64
[illegible] 94
[illegible] 118

LAVS DEO.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INDEX
LATINVS SCRIPTORVM
In hoc Opere contentorum.

A

AMMONIVS 15
Africanus Episcopus Emaus 15
Athanasius Magnus. pag. 19
Aquilinus 33
Arniastathæus 37
Ammonius 41

T *Abra-*

INDEX

Abrahamus Bethraban 47
Aphrahet sapiens Persarum 55
Abbas filius Brichsebioneh 71
Abrahamus Mahuzita 79
Abrahamus Metropolita Bassoræ 83
Ahub Catarita 83
Abrahamus Natpharia 91
Akebsoema 91
Ahuemeh 91
Abrahamus Bardascenaded 93
Abrahamus Barliphe 95
Alexander 95
Andræas 97
Abrahamus Bethale 97
Abunuh 99
Abrahamus Barkadadhe 103
Abrahamus Catina 105
Abrahamus Saba 105
Ara 107
Abzud Scholiastes 113
Anonymi libri 119

Basi-

INDEX.

B

Basilius Magnus 19
Basilius 33
Barsoma 47
Babai Magnus 57.
Barhadbciaba Harabita 75
Barsoma Charcha 81
Babai Persa 85
Babai Nisibensis 85
Babai Doctor 89
Bud Peridiota 103
Barsahac 105
Barsohde Carcàia 107
Barduksin 109
Barbahlul 111
Behiesu Camulia 115

C

Clemens 15
Cyrus Ionius 35
Cumi 55

Cyprianus Nisibensis 63
Cascaria Abbas 71
Cyrus 77
Candius 99
Cyriacus 101
Constitutiones Simeonis, & Iesu Buchat Metropolitanorum Persidis.
pag. 117

D

Dionysius philosophus cęlestis 15
Damasus Episcopus Romanus
pag. 17
Diodorus Tarsensis 23
Discipuli Marabæ 55
Dodiesu 59
Daniel Tobonita 81
Denha 83
Dodiesu 99
Daniel Resaina 103
Damnis 105

Da-

Daniel Barmariam. 109
David Bethrabban 111

E

EVsebius Cęsariensis 17
Estratea 29
Eutherius 37
Epiphanius 39
Eusebius Hemsensis 39
Euagrius 41
Ephrem Magnus 43
Elias Metropolita Maru 67
Ephrem Hilamita 73
Elisęus Commentator 75
Enos Pairuz Sabor 101
Elisęus Barsalita 105
Elias Danbar 111
Elias Barcnus 113
Elias Barsciania 113
Emanuel Doctor 115
Elias Tertius 119

INDEX.

G

GRegorius Nyssenus 21
Gregorius Magnus 21
Gabriel 67
Georgius Catholicus 69
Gabriel Aria 69
Gabriel Cataria 79
Gregorius Monachus 91
Gabriel Basrensis 97
Georgius Nasraia 101
Gregorius Susastra 107
Gabriel Episcopus Dasbuchusi 115

H

HIpolitus Episcopus, & Martyr, pag. 17
Hieronymus 41
Hanana Hadiaboia 53
Hibas 55

Hana-

Hananiesu 65
Hananiesu Haghira. 69
Hananiesu Catholicus 71
Honain filius Isaaci Medicì 73
Hebediesu Barbahriz 81
Habib Monachus 85
Hebedmessia Hirtensis 95
Hebediesu Baracre 97
Hananiesu Episcopus Hirtensis 111
Historiæ plusquam ducentę 118
Hebediesu Auctor 121

I

Ignatius 17
Ioannes Chrysostomus 23
Ireneus Tyrius 35
Ioannes 39
Isaias Abbas 41
Ioannes Apameensis 41
Iacobus discipulus 41
Iabahui 43

INDEX.

Ioannes Bethraban 49
Ioseph videns 59
Ioannes Dalita 61
Isaac Niniuita 63
Iesuiab Gadlita 63
Iesuiab Arzunita 63
Iesuiab Hadibita 65
Iosue Barnun 73
Iacobus Cletia 79
Ioannes Azrac Hirtensis 87
Ioannes Dilumita 87
Iesuphana Cataria 87
Interpres Turcarum 89
Ioannes Barfrangoie 89
Iesus Buchat 93
Iesus Dnahliabbesra 95
Ioannes Giarmachita 97
Iesudad Diladructa 99
Ioannes Niniuita 99
Iazidad Abbas 105
Ioannes Barabgore 109

Iaco-

Iacobus Edessenus 107
Ioannes Estunoio 111
Ioannes Barchamis 111
Ioannes Barcaldun 113
Ioannes Hermes 115
Iudicia Imperatorum Græcorum 117
Iesuiab Barmalcun 121
Ioannes Zubbi 121
Iosephus Scriba 7

L

Liber Traditionum Seniorum 5
Libri Anonymi 119

M

Macarius Abbas 39
Marcus 39
Macarius 41
Miles 43
Maruta Episcopus 51
Maraba 51

Mi-

Michael 65
Micheas doctor 77
Maris Persa 79
Mariab 87
Messias Zacha 101
Maratchen Monachus 101
Moyses Carachia 115

N

NEstorius 31
Nilus Monachus 41
Narsi 45
Nantanaël 103
Novum Testamentum 7. 9. 11. 13. 15

P

PHilotheus 35
Palladius 41
Pharuba 55

Paulus

Paulus Nisibensis 57
Paulinus 77
Publius 95

S

Symmachus 17
Socrates 37
Sixtus 41
Simeon Barsabohe 43
Sergius Rashinius 56
Simeon Giarmachita 75
Surin Commentator 75
Sergius 77
Salita Episcopus Risaine 83
Sciahduset Tirban 85
Simeon Taibuta 87
Sciubha Lmoran 89
Salomon Episcopus Hadate 99
Simeon Bartabohe 101
Simeon Curdlahnia 105

Susai

Susai Sciusciania 105
Simeon Barachia 107
Synodi Occidentalium 117
Statuta Imperatorum Græcorum 117
Synodi Orientalium 117
Salomon Chalatia 121

T

Titianus 15
Theodorus Commentator 25
Theodolus discipulus Theodori 33
Theodorus Cyri 35
Titus 37
Theophilus Persa 37
Thomas Edessenus 55
Theodorus Archiepiscopus Maru 65
Timotheus 71
Turis Monachus 73
Theodorus Barchuni 95
Traditio Seniorum Hebræorum 5

AMI-

AMICE LECTOR.

Dum opus ſub prælo erat, in graue m, diuturnumque incidimus morbum, hinc nonnullæ exciderunt noſtro correctori typographicæ mendæ, quas hic ſub vnum aſpectum tibi corrigendas damus.

Pag. 23, Chriſoſtimi leg. Chryſoſtomi

34	ܡܘܕܝܐ	ܡܘܕܝܐ
40	ܐܡܝܢ	ܐܡܝܢ
78	ܡܐܡܪܢ	ܡܐܡܪܢ
40	ܢܢܡܪ	ܢܢܡܪ
104	ܬܚܕܐ	ܬܚܕܐ
112	ܚܕܐ	ܢܚܕܐ

ܢܢܡܪ

	lege	
192	ܚܕܝܬ	ܚܕܝܬ
192	ܡܡܪ	ܡܡܪ
198	ܐܝܬܝܗ	ܐܝܬܝܗ
216	ſuadit	ſuo
221 & 238	Ierudad	Ieſudad
225	cæcionem	cæciorem
227	Abnaditalebo	Abnabitalebo
231	Muſcis	Muſicis
234 & 2.	ב litera	litera ܒ
234	Barshaulos	Barphaulos
235	compellendas	complendas
236	Hac	Hae
257	Oratione	Oratore
240	المعتبر	المعتبر عليه
242	واحد	واحدا
252	latitudinẽ	latitudine

Si

Collegij Soti Iesu Paderb.

Si quæ autem aliæ leuioris momenti occurrent mendæ, eas pro ſua humanitate benignus corriget Lector.

Ex legato Celmi Principis Ferdinandi Episcopi Paderb: et Monaster: Ao 1683

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

J III
4

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S III
4

Th. 6229.

8)

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
6229